



**D. Erasmi Roterodami Dilutio eorum qu[a]e Iodocus
Clithoueus scripsit aduersus Declamationem suasoriam
matrimonij. : Epistola eiusdem de delectu ciborum, / cum
scholiis per ipsum autorem recens additis. ; In elenchum
Alberti Pij breuissima scholia / per eundem Ersamum
Roterodamum.**

<https://hdl.handle.net/1874/425044>

D· ERASMI

ROTERODAMI DILVTIO EO/
rum quę Iodocus Clithoueus scripsit ad/
uersus Declamationem suasoriam matri
monij.

EPISTOLA EIVS DEM DE
delectu ciborum, cum scholijs per ipsum
autorem recens additis.

IN ELENCHVM ALBER
TI Pij breuissima scholia per eundem
ERASMVM ROTERODAMVM



DILVTIO EORVM

QVAE IODOCVS CLITHOVEVS
scripsit aduersus declamationem DES.

ERASMI ROTERODAMI
suasoriam matrimonij.



ERLEGI tandem
quæ Iodocus Clis-
thoueus, secundo
propugnaculi sui li-
bro scripsit aduer-
sus Declamationē
meam de laude ma-
trimonij; sed dū ad
confictum thema serio pugnat scriptura
rum testimonij, ac patrum ecclesiæq; de-
cretis, mihi penè risum excusit; nō aliter
quām si uiderem militem ueteranum to-
ta panoplia instruētū, omni conatu cum
umbbris pugnantem, ac sciomachiæ ludiv-
crum spectatoribus exhibentem. Placuit
tamē animus singulari, sicuti uidetur, ca-
stitatis amore flagrans: nam mihi persua-
sum habeo, nihil horū ab illo fangi, quem
arbitror esse virum bonum, minimeq; fu-

catū; atq̄ hoc nomine mihi fuit olim charus, quem quidem in illum affectum non dum posui. Sed πολύτεχνος ille satanas nouit etiam simplicibus ingenīs lenocinio pietatis imponere. Alioqui si meminisset quanta synceritas deceat Christianum sacerdotem, quanta circumspectio Theologum, idq; Parisiensem, quāta moderationis reprehensorem, quanta pietas ecclesiæ propugnatorem, necq; quicquam intentasset falso, necq; quicquā atrocibus uerbis ultra modum exaggerasset. Hoc exemplum & utilius fuerat isti multo omnium celeberrimæ academiæ, & nomini theologico honorificētius. Nō tamen in præsentia paro iustum apologiam, ne quum iuuenis ineptierim hoc argumentum tractando, nunc magis ineptiam sequex, serio tuendo, quod ludicrū est. Tantum annotabo quædam in quibus præsumptam de illo modestiam synceritatemq; desiderare cogor. Primum nō uult mihi prodesse in hac causa, quod in Apologia quadam aduersus Ioannem Atensem adfero, quod hoc argumentum iuuenis scripsoram, nō mihi, sed clarissimo uis-

to Guilhelmo Montioio, quem id tēporis in p̄ceptis rhetoricis institueram, ut in hoc themate uelut ob oculos ponerē adolescenti, quæ in artis p̄ælectione trādideram. Quū, inquit, quod iuuenis scripseras ederes senex sacrī literis instruētior, oportuit p̄æferre uirginitatem cōiugio. Nō eram mihi Iodoce tam rudis scripturarum, ut nescirem uirginitatē sponte pietatis amore suscep̄tā esse p̄æferendam matrimonio; uerum hoc ibi nō agebatur. Quod si uoluisssem hoc thema ad scripturarum oracula, theologicasq; rationes emendare, spongia non calamo fuisset opus.

Infirmitū offendiculo mihi uisus sum satis occurrisse, quum p̄æfatione testar argumentum esse declamatorium, ad parandam dicendi facultatem paratum, non ad dogmata religionis Christianæ.

Obiijcit exemplum Aeneæ Syluij, qui libellum de Euryali & Lucretiæ amoribus, quē iuuenis scripserat, senex ac pontifex iubet reīci. At ego nondū sum Romanus pontifex, nec scripsi quemadmodum ille prurientes fabulas, quo pacto

• DILUTIONES AD

contra coniugij fidem uxor imposuerit
marito, & adultero potita sit: sed finxi de
clamatorem, qui iuueni à quo pendebat
optimæ gentis propagatio suadeat cōiu-
gium castum, ac uirginitati proximum.
Quod si clamasset ad exemplū Aeneæ,
rejcite Erasmū iuuenē, recipite senem,
quid aliud ḥ professus fuisset id quod
erat falsissimum, me docuisse matrimo-
nium simpliciter esse præferendum uir-
ginitati. An nō fatis à me damnatum est
hoc quicquid est scripti, quum nō semel
testatus sim esse declamationem, & ad
exercitationem dictionis, nō ad morum
fideiue regulam pertinere.

Homerus nō correxit suam Batracho/
myomachiam, sed supposuit Iliadē. Nec
Virgilius correxit Culicem, sed addidit
poëma bucolicum. Quid porrò egisset,
si in hoc argumento correxissem aliquot
sententias? Nunc plus feci, qui toti ora-
tioni detraxi fidem. In concertationibus
scholasticis etiamsi quid dicit repugnas
catholicæ ueritati, satis est dicere. Nūc lo-
quor ut philosophus: & mihi nihil pde-
rit uociferāti, Loquor ut rhetor, nec for-
mo

mo mores, sed instruo linguam. Quis ri-
sum tenuisset, si quis olim ad gnomones
theologicos excusisset epistolas ac de-
clamationes Caroli Viruli: Iā singat me
declamatiūculam illam ad rigorem theo-
logiae uoluisse corrigere, quis non recla-
masset, inepte quid facis? οὐτις ποικίλ-
λες; Addidisset Epictetus, sine ollam esse
ollam. At Clithoueus ne titulū quidem
mihi uult ulli esse præsidio, quod appella-
rim Declamationem, aliquanto tamen
cordatior eo theologo, qui credebat De-
clamationem idem latinis sonare, quod
concionem sacrā, atq; ex hoc errore pu-
blicitus frequentissima schola dictis atro-
cibus proscidit nomen meum. Errorem
hominis postea doméstico cum illo col-
loquio deprehendi. Adeò nobis pericu-
losum est quosdam non didicisse latine.
Fatetur Clithoueus Declamationē uer-
sari in ficto themate, sed potissimum in
causis forensibus, in quibus utraq; pars
probabiliter differitur. Id ut nobis per-
suadeat, profert aliquot argumēta ex De-
clamationibus Quintilianī. Mox appel-
lat me, num hoc sit fictum argumentum,

& coram prætoriali agendum tribunali,
 sit ne cœlibatus coniugio præferendus:
 aut è diuerso . Princípio quis hoc docuit
 Iodocum, Declamationem potissimum tra-
 ciare causas forenses , quæ apud præto-
 rem aguntur: quum Seneca, quem legit
 opinor, tot Declamationes recenseat sua
 Sotias : Sed donemus Declamationes in
 forensibus causis potissimum uersari, sta-
 tim' ne consequens est, suasorij, aut lauda
 torij generis nō esse Declamationes : Et
 quo nomine cœrebimus, si quis sese exer-
 ceat in genere encomiastico, laudans uel
 hominem, uel urbem, uel gentē: Ad hęc,
 si quis tractet materiam ἀσθετικήν, ueluti
 si laudet Busyridē ut fecit Isocrates : aut
 Phalaridē, ut Lucianus: aut febrim quar-
 tanam, ut Phauorinus: aut caluicium, ut
 Synesius: aut brutorum animantium feli-
 citatem, ut Plutarchus . non dicetur De-
 clamatio, quod argumentū nō sit utrinq;
 probabile : Imò docti putant huiusmodi
 themata potissimum facere ad ingenij prō-
 ptitudinem . cui generi non dissimilis est
 scholastica concertatio, quam uocāt obli-
 gatoriam, in qua tamen sumuntur inter-
 dum

O B I E C T A C L I T H O V E I

dum exempla è sacris literis : dicunturq; multa falsa , quædam etiam blasphemæ , nisi excusaret exercitamenti genus . Cæterum unde hoc incidit isti in mētem , me tractare utrum cœlibatus sit præferēdus coniugio , an contra : Nihil unquam tale somniaui . Non quærīt apud prætorem , utrum potior sit cœlibis an cōiugati conditio . Sed Quintilianus admonet in deliberationibus quæri , an philosopho sit descendā uxor . Nam tracto quæstionem sua soriam circumstantijs implicitam . Corrigit igitur titulum , & appellat matrimoniū cōmendationem , uel exhortationem ad matrimoniū . Et ipse alicubi uoco Encomiū matrimoniij . Sed quid refert ? An exhortatio & laudatio non cadūt in exhortationem rhetorum ? Nō arbitror illum usq; adeo rudem artis rhetoricæ , ut nesciat laudatorium genus etiam in iudiciales causas incidere , præcipue uero in sua sorias . Sed à fine totius causæ sumit nomenclatura thematis . Hic ideo laudatur cōiugium , ut iuuenis ducat uxorem . At is finis utique suasorius est . Si titulus illi imposuit , saltem ex ipso argumento per-

110 DILUTIONES AD

spicere poterat, thema & suasorium esse
nec seriū. Denique mea Apologia quam
testatur se legisse, dilucide demonstrat the-
matis naturā. At fortasse iam scripsérat
in Declamatiunculā, antequām ex Apo-
logia mea dídicisset quid sit declamatio
latinis, & hoc argumentum utrīcūq; tra-
ctatum esse. Debebat igitur & disputa-
tionis rationem mutasse: uerum ille ma-
luit fruolis tergiuersationibus locū para-
re calumniæ. Errat igitur in ipso statim li-
mine Iodocus, & in portu, quod aiūt, im-
pingit. Qui exhortantur inquit inuitant
ad id quod melius est, Erasmus contrā.
At illi non declamant, aliás & ipse uirgi-
nitatem laudibus ueho, nominatim in li-
bello de comparatione uirginis & mar-
tyris: rursus in libello de uita solitaria,
alijsq; mille locis, fateor simpliciter con-
tinentiam præstantiorem esse coniugio.
Quod si urgeor declamationis inuidia,
quum utramq; partem tractarim, in prio-
re suadens matrimonium, in posteriore
dissuadens, quur prior tantum obijcitur?
Quod nihilo fit decentius, quām si quis
serio digladietur cum argumentis Tho-

mz

OBJECTA CLITHOVEI

11

magis aut Scoti, quibus impugnat uotum, aut defendit stuprum simplex, neglectis his quibus post illa diluit. Quod si libebat calumniari, par erat utramque partem ex quo damnare. Pariter enim peccat, & qui uituperat matrimonium, & qui uituperat virginitatem. Reprehendi tamen non debet, qui huic aut illi putat utilius uxorem ducere quam cœlibem uiuere, etiamsi non declamat, sed seriā rem agat. Porro quū hæc sit una epistola inter cæteras exēpli gratia proposita, quur hæc sola uocatur ad rigidum examen? Tota enim argumētatione sic mecum agit, quasi hanc solam partem tractarim: tum quasi non declamarim, sed ex animi sententia certo cuiquam amico hoc persuadere uoluerim: quum propositis præceptis, ita loquar. Huius præceptiunculae hoc erit exemplū. Quur hic non ueniebat in mente illud Aristotelis πολυθρύλληγεν: Exempla ponimus, nō quod ita res habeat, sed ut per hæc intelligent addiscentes. Veluti quum Aristoteles mutuatur exempla à mathematicis, nō cogitur præstare rei ueritatem. Probabilius reprehendi poterat

rat, quod argumentum ad bonos mores pertinens traxerim ad palestram declaratoriam. Siquidem ob hanc causam Plato non uult custodiæ Reipub. designatos ante prouectam ætatem exerceri in dialectica, ne parati ad probandum & improbandum quidlibet, uacillent in decretis de honesto & inhonesto, quæ oportet esse firmissima. Nec ego suaserim pueros in huiusmodi materijs nimium exerceri, sed non nihil huius discriminis imminet etiam è scholasticis disputationibus, etiam aduersus illa pugnantibus, de quibus ambigere nefas est. Proinde quoniam totius disputationis quam instituit fundatum sit inane, collabatur oportet quicquid superstruxerit.

Ne illud quidem uerum est quod assuit, me non proponere thema circumspectijs inuolutum, sed tota disputatione uti argumentis generalibus, communibus & universalibus. Primū in ipsa statim narratione multæ sunt circumstantiæ peculiares. Non argumētatur quidem illa, sed habet argumentationū semina. Ac mox in ipsa diuisiōe. Nisi clarissimis rationib[us] ostende-

OBJECTA CLITHOVEI

Ostendero, id fore tibi longe, tum honestius, tum utilius, tum iucundius: quum aio tibi, personam designo, non rem absolute. Item quum aio: Tum si in cæteris maxime laudem mereatur uirginitas, in te certe reprehensione, &c. atq; eum ad modum non uno in loco loquor, nonne argumentor ex personæ circumstantijs? Frequenter autem ratiocinor à personis eximijs, ab horum temporum corruptis moribus. Item quum ostendo longe diuersam rationem temporum apostolico rum, & huius seculi. Rursum quum aio: Ego nūc homo loquitur homini, plebeius plebeio, infirmus infirmo. Iterum quum aio: At te unum stirpis tuæ reliquias esse memineris oportet. Rursus quum sororis deo dicata exemplum torqueo in diuersum. Mox quū aio: Tu maior natu, virum te esse memineris oportet. Deinde totus epilogus argumentationū constat peculiaribus circumstantijs, & Clithoueus meus multis uerbis asseuerat, atq; etiam inculcat, me toto orationis cursu nihil attīngere circumstantiarum, uidelicet ut locus sit calūniæ. Atqui theologici

logici candoris erat, ac magis etiam ex/
pediebat iuuenibus quorum pudicitiae
metuere uidetur, hoc agere, ut totū hoc
argumentum tanquam rhetorum more
declamatum, prorsus careret omni fide,
insuper admonito lectore, ut expectaret
partem diuersam, quā deliniauimus tan/
tum, indicatis argumentorum fontibus.
Quur autem non absoluuerimus, in Apo/
logia quam refellit Iodocus reddidimus
rationem. Quod autē utor multis argu/
mentis communibus, meo iure feci. Fa/
cit idem M. Tullius, facit Hieronymus,
dissuadens matrimonium, eaq; colligens
quæ coniugij sunt communia. Nisi forte
putat locos communes non adhibendos
ad persuadendum: ueluti si quis Cæsari
bellum dissuadeat cum Turcis, hūc non
oporteat & communia bellorum incom/
moda ad causam accommodare. Ad hæc
non patitur mihi prodesse in causa, quod
matrimonii præfero coelibatui, nō con/
tinentiæ, quam latinis cœlebs dicatur li/
ber à coniugio, etiam si ducentas habeat
concubinas. Ut enim orbus opponitur
liberorum parēti, ita cœlebs opponitur
marito

marito. Horatius se uocat cœlibem, quā plurimum abesset à continentia. Fatetur hoc Iodocus, à prophanis autoribus sic usurpatam cœlibis uocem, cæterū sacros autores nunquam usurpare cœlibis uocabulum, nisi de purè casteq; uiuente; nihilq; plus discriminis esse inter cœlibē & continentem, quām inter iustitiam & æquitatē. Omitto quod apud latine calentes, nō prorsus idem est, iustus iudex & æquus iudex, nec idem est iustitia legum, & æquitas iuris. Sed unde probat nobis apud sacros autores cœlibem prorsus, penitus, & omnino usurpari pro continentē? Ego puto hoc nusquā fieri, dum taxat apud eos qui latine norunt. De his non loquor, qui nihil interesse putant inter libidinem & luxuriam. Nec mirum si quando cœlibem uocant castum, quum nihil ueter cœlibem esse continentē. At qui Joseph & Maria, quū fuerint castissimi, cœlibes tamen nō erant. Rursus cōplures monachi, qui ex professione cœlibes sunt, non uiuunt tamen continenter. Neq; enim si quem Italum appellem doctum, cōsequitur, nihil interesse inter doctum

etum & Italum. Apud Christianos quoniam omnis coitus extra matrimonium illicitus est, deberent quidem quicunque cœlibes sunt, idem esse continentes. Postremo sequor illorum opinionē, qui tant monachos & sacerdotes per uotum non abiurare incontinentiam, quæ nulli permitta est, sed cōiugium. Hieronymus libro aduersus Iouinianum secundo, non inducit etymologiam; cœlibes quia cœlo digni sint, quod coitu careant. Sed nō est huic nouum, in pugna quiduis raperere ad uictoriā, & hoc suo iure facere non uno in loco prædicat. Quid autē mirum, si uocis unius etymologiam, apud grammaticos penè arbitrariā, pertrahit ad causam suam, quum illī aliquot diuinę scripturæ testimonia, obtorto, ut aiūt, collo cogat servire argumento pposito. Sed largiamur illī quod usurpat, an quicunq̄ coitu carēt cœlo digni sunt, & cœlo indigni sunt, qui licito utuntur coitū. Et tamen eodem in loco non usurpat cœlibem prorsus, ac penitus pro eodem, sed pro uiduo. Sic enim loquitur: Egregia fāne uox & quā audiat sponsa Christi, inv

ter

ter virgines & uiduas, & cœlibes, &c.
 Virginis uocabulum ad utruncq; sexum
 pertinet. Quoniam autem durū videba/
 tur dicere uiduas & uiduos, uiros q̄ mo^r
 te uxoris liberti erant à coniugio, cœlibes
 appellat. Quanquam coēlebs & ille dici/
 tur qui nunquam habuit uxorem, & con/
 tinens qui in quocunq; statu castè uiuit.
 Inopia coēgit illos abutī uocabulis. Si o/
 mnis uidua continens est, & si nihil inter
 est inter uiduam & cōtinentem sit idem
 cœlebs & cōtinens. Quod si cœlebs cō/
 plectit omnes cōtinenter uiuentes, quid
 opus erat tribus uocabulis? Sed idem li/
 bro 2 quos hic uocat cœlibes, appellat
 continentes. Argentum, inquit, quod in
 nuptijs habere se pollicetur, habebat ua/
 tium atq; distinctum, in uiduis continent
 tibus ac maritis: nō quod hæ uoces idem
 significant, sed quod qui cœlibatum pro/
 fitentur apud Christianos, deberet absti/
 nere à coitu. At rursus largiamur sacros
 doctores ad eum modum cōstanter usos
 hac uoce, an ideo milii non licebit latine
 loqui in themate ad expoliendum iue/
 dum linguam parato; Hic uidelicet obij/
 b citut

citur nobis Priscianus, qui cœlibem cœli
item sit interpretatus, eo quod cœlestē
uitam agat, in castitate & puritate, quan-
quam in castitate & puritate de suo adie-
cit Clithoueus. Verū ut aliás aliquid pō-
deris habeat etymologia, hæc certe iam
olim irriga est à doctissimo uiro Quinti-
liano. Verba Fabij sic habent: Ingeniose
sibi uisus est Caius cœlibes dicere ueluti
cœlites, quod onere grauissimo uacent,
idque Græco argumento iuuit: οὐδέποτε εἶ
eadem de causa dici affirmat, nec ei cedit
Modestus in inuentione. Nam quia cœlo
Saturnus genitalia absciderit, hoc nomi-
ne appellatos qui uxore carent. Vides ir-
risam à uiro tam erudito iurisconsultorū
etymologiam: cuius generis & illæ sunt,
oratio oris ratio, & testamentum testatio-
mentis. Sed donemus ualere, qui primus
hanc etymologiam docuit Caius, nō sen-
sit cœlibes quasi cœlites dici, quod caste-
uiuerēt, sed quod feliciter ac suauiter, ut
pote liberi à capistro coniugij, cæterisque
molestijs, quæ matrimonium comitant.
Alioqui dñ Cañ & Modesti, nec cœlibes
sunt nec cōtinentes. Sed Iuppiter præter
Iunonem

lunonem habet tot Nymphas, præterea
 Phrygium pocillatorem. Mars non con-
 tentus sua legitima cōiuge, cum Venere
 Vulcani furtim cōgredit̄. Ne cōmemo-
 rē reliqua, quū apud illos stupris incestis
 adulterijs ac raptibus plena sint omnia.
 Sed ob uitę felicitatem à Poëtis macares
 appellantur, & ἐπασοψ ἀγοντες. Item Mi-
 tio Terentianus; & quod isti inquit, for-
 tunatum putant, uxorem nunquā habui.
 Minus etiam frontis habet, quod ait me
 tota hac declamatione cœlibem usurpa-
 te pro continenti; quū id ne uno quidem
 loco faciam, imò locis aliquot manifeste
 distinguam, Veluti quū aio: Cœlibatum
 miraris, suspicis uirginitatem. At nec cœ-
 libes etunt, nec uirgines, si cōiugij usum
 sustuleris. Rursus quum ita loquor: Sed
 quid tu tam diligenter omnia matrimonio-
 nij incōmoda disquiris, quasi cœlibatus
 nihil habeat incommodi: An nō hīc cœ-
 libatum oppono matrimonior̄? Præterea
 quum aio: Tamen arguunt quām nō sit
 e Repub. uel minui ciuitatem amore cœ-
 libatus, uel spurijs impleri. Quid opus
 erat spuriorum mentione, si non gignūt

» cœlibes: Rursus, qui perseverat in cœli-
» batu, non ob aliud, nisi ut sibi liberius ui-
» tuat. An non hic rursus cœlibatum oppo-
» no matrimonio? Mox etiam evidentius:
» Verè continentes ac uirgines laudatas le-
» gimus, cœlibatus ex se nullam habet lau-
» dem. An nō hic distinguo cœlibem à con-
» tinente & uirgine? Item paulo superius
» quid matrimonij laudem mutuor ex eo
» quod Christus ineffabilis illius cōiunctio-
» nis imaginem sumpsit à coniugio, subij/
» ciocqz: Quid simile usquam de cœlibatu-
» legimus in arcanis literis? Hæc quū sint
» in propatulo, cuius pudoris erat theolo-
» gum tantopere asseuerare, Erasmus to/
» ro libello usurpare cœlibem pro cōtinen-
» ter. Sed hæc erant facienda fundamenta,
» ne non esset locus odiosis criminatio-
» bus, dū quicquid dicit declamatio in cœ/
» libes, existimatur ad continentes pertine-
» re. Cæterum quando exarmat me refel-
» lens Apologiæ meæ rationes, quur dissi-
» mulat similitudinē declamatiōis utrinqz
» tractatæ, cum Theologorum cōflictatio-
» nibus, quæ prius omni machinarum ge/
» nere impugnant etiā articulos fidei, mox
» nodos

nodos quos nexuerunt dissoluunt. In altera parte doceo quomodo dissuasor matrimonij debeat exaggerare incommoda matrimonij, contrâ cœlibatus commoda attollere. Ibi uarijs rationibus exaggero seruitutem coniugij, molestias, periculaq; detestor pecuinam uoluptatem. Amplifico dignitatem ac felicitatem uirginitatis, diluoq; quæ prius commendarant matri moniū. Hæc nisi dissimulasset, nimis frigerent illa omnia, quæ mira uehementa torquet in damnatorem continentiae. Adde huc, si tanquam philosophus rationibus collegisse mundum esse ingenium, quo doctorū animos excitarem ad probandum è philosophicis rationibus mundum esse conditū, nullus opinor philosophicam disputationē uocaret in questionem fidei catholicæ, sed ingenium tantum probaret aut improbaret. Ioannes Antonius Campanus damnauit beneficentiam, & laudauit ingratitudinem, nec quisquam illi scripsit dicam impietatis. Apud Platonem Glauco laudat iniustitiam, quo Socratem ad eius encomium prouocaret, nemo tamen ob id peius un-

b 3 quam

quam sensit de iustitia. His quoq; temporebus quidā laudauit ebrietatem , nullus illi uerbo fuit molestus, quum tamen nō opposuerit sobrietatis encomium: maxime declamatiūculæ priori parti, Theologus iusto uolumine , tam operose respondit, idq; in opere cui magnificum indidit titulū Propugnaculum ecclesiæ , quasi & res sit maxime seria,nec quicquam cōtra declamatū sit : aut quasi nos hoc animo scripserimus id thema, ut contra decretū ecclesiæ persuaderemus orbī uirginitatē aut cōtinentiam habendam inter fugienda: denique quasi ille sit propugnator ecclesiæ, ego oppugnator.

Sed utor aliquot rationibus fallis, mirum uero, si id sit in ficto themate, quum idem faciant Theologi in serijs diatribis. Si nulla essent argumenta inualida, quid haberet alterius partis tractatio quod ad ferret?

Nunc uide quām in ficto etiam themate non fuerim prorsus Christianæ syncretitatis immemor . Primum fingo laicum suadere iuueni laico, ut malit uxorem ducere,quām cōlebs uiuere. Nam quod locutus

docus toties singit, me reuera cui dā ami-
 co dissuadere cōtinentiam, bis impuden-
 ter facit. Primum quod ad inuidiam me-
 am supponit aliā personā : deinde quod
 singit me simpliciter damnare cōlibatū,
 quū illic tali dissuadeā. Postremo quod
 ubiqz cōlibatum accipit pro cōtinentia.
 Tametsi id quidem postremum non ita
 multū ad rem pertinet. Nullus enim ne-
 gauerit, huic aut illi recte dissuaderi pos-
 se virginitatis aut continentiae proposi-
 tum. Nam nec cōlibatus, nec uirgini-
 tas, nec cōtinentia per se laudem mere-
 tur, nisi huc spectet ut homo liberius ua-
 cet pietati. Damnat Euangelium fatuas
 uirgines, damnat & Synodorum decreta
 fēminas, quæ sumpto pallio fastidiūt &
 abominantur cōiugatarum commercia.
 Quod si politice loquamur, peccatū est
 non dare operam liberis. Iam nō tantum
 singo liberum iuuenem, uerū etiam in-
 firmum, cui parum tutum sit institutum
 cōlibis. Dicet, Vnde id liquet? Ex his
 uerbis perspicuum est, Sed diuina quæ
 dam res est, angelica res est uirginitas.
 Huic obiectioni respondetur, At huma-

na quædam res est coniugium , ego nūc
homo loquor hominī , plebeius plebeio,
infirmus infirmo . Hominem appello pa-
rum aptum uirginitati , quæ est eorū qui
aliquid supra hominē præstare possunt:
plebeium appello laicum , cui liberū est
quam libert uxorem asciscere : infirmum
qui non sine periculo suscepturnus sit per
petuæ cōtinentiæ propositum . Affingo
necessitatem , ne quam suasori generis
partem relinquerem , nempe stirpis inter-
rituræ . Negabit esse causam idoneam , re-
linquendæ continentia . At declamatio
suadet libero . Etsi uidetur absurdum in fi-
cto themate talibus uti argumentis , le-
gimus Romanum Pontificem Cardina-
li cuidam indulsisse , ut nobilem puellam
sibi iungeret matrimonio , quod ab illo
penderet generis incolitas , atq; ex ea
suscepta prole mascula , rediret si uidere-
tur ad Cardinalitiam dignitatem . Atqui
haec non erat Declamatio . Rursus inuitò
ad coniugium nō quodlibet , sed castum ,
ac uirginitati simillimum . An hęc sapiūt
Epicurum? Præterea multis locis tribuo
uirginitati suam dignitatem , proficiens il-
lam

lam esse laudatam, sed in paucis. Nā per-
 fectio paucorum est. Præterea quum fa-
 teor eam esse supra conditionem homi-
 nis, atque angelicæ sublimitatis, sic lo-
 quor: Nos intra naturæ legem uiuentes, “
 suspiciamus illa quæ supra naturā sunt, “
 quæ pro modulo nostro sunt emulemur, “
 &c. Quum audis nos, ne imaginēris Era-
 smum alteri loqui, sed laicum laico, infir-
 mum infirmo. Infirmitatē declarat uox,
 modulo. Et hīc locus habet circumstan-
 tias, quod toties negauit Iodocus. Alio
 loco profiteor uirginitatem esse simula-
 chrum quoddam uitæ cœlestis. Voluit “
 inquam, deus hominibus cœlestis illius “
 uitæ tanquam imaginem quandam & si “
 mulachrum ostendere, ubi nec nubent “
 ullæ, nec nuptum dabunt ulli. Quid po-“
 tut de uirginitate dici magnificentius?
 Profiteor illam conuenire apostolis ac ui-
 ris apostolicis, ut rem perfectā perfectis.
 Dicet, quur igitur dissuades? Illi dissua-
 deo, nō omnibus, ne toties repetam, hæc
 in Declamatione sub alia persona dici.
 Poteram & alia loca proferre, sed hæc ar-
 bitror ad id quod ago satis esse. Ea si non

uidit Clithoueus, quur ait se Declamatio
nem excusuisse: Si uidit ac dissimulat, ubi
Christianæ synceritas, ubi fraterna cha
ritas?

Nunc uide quæso quomodo rem pro
ponat. Censet inquit, Erasmus sacerdoti
bus ac monachis indulgenti facultatem
ducēdi uxores, eaç ratione recte prospe
ctum iri rebus humanis, si continentia sa
cerdotum ac monachorum deo cōsecre
ta, pessundetur, cōculcetur, uiuletur, atq
in coniugalem societatem commutetur.
Quorū opus erat hac uerborum atro
citate? Non sic loquitur ille quem fingo
declamātem: nullum habet censendi uer
bum, sed modeste loquitur. Mibi sanè in
quit, uidetur non pessime consulturus re
bus ac moribus hominum, qui sacerdoti
bus quoque ac monachis, si res ita ferat,
ius indulgeat cōiugij. Quid piaculi, si id
in Declamatione uidetur laico, quū Pius
Aeneas pontifex extra Declamationem
dixerit, ob graues causas eripuitimus uxo
res sacerdotibus, sed ob grauiores debe
remus eas illis reddere. Quid autem est,
si res ita ferat, si urgeat extrema necessi
tas

tas, si liceat per leges diuinæ, si id expedit ecclesiæ. Nec his cōtentus, addit, p̄fertim quū ubiq; tam ingens sit sacerdotum turba, quorum quotusquisq; castam agit uitam. Quod semel inquit, deo consecratum est, non potest ad prophanos usus accommodari Nō disputabo dē carūcibus & patinis, quas quidam non sine laude pietatis distribuerūt in usus egenorum, an legitimū coniugium & thorūs immaculatus ad satanam pertinet, quum sit ecclesiæ sacramentum? Et quomodo sancti Patriarchæ tantopere placuerunt deo in coniugio? Quo pacto uetus tæ legis sacerdotes dicabantur sacris ministris, & tamen ijdem non arcebantur à matrimonio? Omitto uetera, nōne in primordijs ecclesiæ quum maxime floreret pietas, presbyteris ac diaconis permittebatur coniugium? Sed obstat uotum indissolubile. Declamator nolit solui uotū nisi eorum autoritate quorum hoc interest. Si Romanus Pontifex ob causas idoneas ex monacho facit non monachum, quid obstat quo minus ob graues causas concedat matrimonium? Non hic tractabo

bo locum quanta sit turba in professione
cœlibatus impurissime uiuentium, quan-
tā hinc lues serpat ad uarios homines:
non hæc prorsus fugiunt Clithouicum,
ut cunctū ὑποκριτὴ uerbis, nō constat, &
si qui sunt. Quid quod sermo declamatis
intelligi potest, non de initiatis, sed de ini-
tiādis. Quod si maxime sentiat de obstric-
tis, si Pontifex aut ecclesia non potest
quēquam absoluere à uoto, declamator
non uult eis concedi coniugium. Nec do-
cet esse rectius, si cōcedatur matrimoniu-
m, sed iudicat hoc fore minus malum;
imò non iudicat, sed opinatur, idq; nō si-
ne uocula diminuēte, Mihī sanè:nam sa-
nè perinde ualet ac si dixisset, mea quidē
sic est opinio, licet fortassis erronea. Ean-
dem uim apud Græcos habet particula-
rē. Sed ponamus ecclesiā induluisse ma-
trimoniū sacerdotibus, monachis ac non
nis, num continuo pessundabitur, cōcul-
cabitur, uiolabitur ecclesiasticorum puri-
tas? Declamatio uon uult quenquam co-
gi ad matrimonium, & probabile est plu-
rimos in cœlibatu perseveraturos, etiam
ex eorum numero, qui incontinenter ui-
uunt

unt. Itaque quibus placet castitas, ijs suus manebit honos: ijs qui non continent, concederetur, ut pro concubinis haberent uxores. Arbitror nunquam fuisse puriores in ecclesia sacerdotes, quam cum pateret coniugij asylum.

Consimilis candoris est illud, quod miseri tribuit impium animum, quasi coner omnibus persuadere continentiam esse re humano generi pernitosam, oblitus quod haec & in Declamatione dicuntur, nec a me dicuntur, sed a laico dissuadente coelibatum. Quoties igitur Iodocus hic repetit, censet Erasmus, & docet Erasmus, & conatur Erasmus, toties aberrat a uesto. Nec enim censet qui declamat, nec illic loquor, nec quae dicuntur omnia ex animi sententia deprompta sunt.

Declamator sic torquet argumentum, si omnes amplectentur uirginitatem, periret uniuersum hominum genus. Id Iodocus fatetur esse uerum, sed negat unque futurum. Id quidem est uaticinari. Sed tamen argumentum a fictione non est reiciendum in declamando, quum saepe ualeat in seria disputatione. Nam quod Hieronymus

ronymus respōdet Iouiniano , Si omnes
fierent sapientes, ubi stulti , cauillum est
non responsio. Alioqui contumeliose di-
ceretur in honorabile coniugium . Necq;
enim hoc interest inter coniugium & uit
ginitatem, quod inter sapientiam & stu
titiam, sed quod inter aurum ducatorum
& florenorum. Certe illius generi immiss
nebat exitium, nisi duxisset uxorem.

Nunc recenseamus aliquot loca quæ
sæuis uerbis exagitat Clithoueus , non
ut ea serio tueamur , quæ serio dicta non
sunt, sed ut declaremus quām ille parum
meminerit Theologicæ grauitatis.

Notat quod in propositione cœlibatū
appellem uitæ institutum parum huma
num & sterile. In narratione dubito utrū
religione , an dolore uictus decreuisset
cœlibatum, hoc est abstinere à coniugio.
Si religione abstinet , parum humanum
est, quod est supra hominis cōditionem,
nec illi conuenit quem fingo infirmum.
Homo autem natura est animal sociabi
le, diuino quoq; testimonio : non est ho
num hominem esse solum . Necq; quicq;
est ad societatem aptius uiro quām fœ
mina

mina. Si dolore uictus abhorret à coniu-
gio, stultum est etiam nō solum in huma-
num. Rursus si religione abhorret, impí-
um est, quasi in coniugio nō liceat pie ui-
vere. Has partes tracto in argumentatio-
ne, interdum loquens ut politicus, inter-
dum ut rhetor, interdū ut physicus, sem-
per ut disputans, aliter locuturus in argu-
mento Theologico. Alterum locum de-
mīror quo cōsilio truncatim retulerit, nī
si parauit locum illis conuitijs, hēc uerba
magis conuenire Epicureo aut ethnico,
quam Theologo, rursus imaginans me il-
la meo nomine scribere, & scribere serio,
& scribere Theologū. Locus sic habet:
Quid inconsideratus quam id sanctimo-
niæ studio perinde ut prophanum fuge-
re, quod deus ipse totius sanctimoniac-
fons ac parens, sanctissimum haberī uo-
luit? Quid inhumanius, quam hominem
ab humanæ conditionis legibus abhorre-
re? Quid ingratius, quam id negare mi-
noribus, quod ipse nisi à maioribus acce-
pisset, ne esses quidē qui negare posses,
&c. Quid obsecro hic impium aut Epicu-
reum? An non peccat, qui religione dete-
statur

statur coniugiū, ueluti rem prophanam,
quum sit ecclesiæ sacramentum: Nōne
uere ingratum & inhūmanum esset, nīl
sublimioris boni studio excusaretur: An
non recte negatur homo, qui uitam secta
tur angelicam. Quod autē attinet ad ra/
tionem politicam, qui sterilis perseuerat,
bac parte bonus ciuīs non est, quod dimi
nuit ciuīum numerum: quemadmodum
Socrates negabat esse bonum pastorem,
qui minueret gregem aut armētum. Sed
» durius est quod sequitur, Turpissimum
» autem uidetur, muta pecora naturæ pa/
» rērē legibus, homines gigātum more na/
» turæ bellum indicere. Hic quum audis,
uidetur, agnoscis opinor argumentantis
uerbum, non ex suo animo pronuncian/
tis. Mox quum audis, Apparet igitur, in/
telligis me disputare, non pronunciare.
Nec hæ tamen rationes, licet in ficto the/
mate adferantur, omnino sunt absurdæ:
per se turpis est coelibatus, nīl suscipiat
propter regnum dei. Rursus non appell/
io illum saxū qui non habet uxorem, sed
qui coniugij amore non tangitur, quum
nō solum animantibus, uerum etiā plan/
tis

OBIECTA CLITHOVEI . 33

tis & herbis natura inseuerit amore pro-
pagandi sui generis . Porro Declamatio
tingit eum cui loquitur abhorre à con-
iugio simpliciter , non amore pietatis na-
turæ stimulos uincere . Nec illud præce-
ptum abrogatum est , Crescite & multi-
plcamini , sed cedit studio pfectiori . Tur-
pis autem & inhumanus est cœlibatus ,
qui luxus ocijue amore fugit nuptias : tur-
pior , qui detesta & abhorret . In comœ-
dij omnes ferè adolescentes abhorrent à
nuptijs , nec ideo laudantur . Hostem esse
naturæ , ob regnum cœlorum , quod iu-
xta domini uocem , uim patit , laudis est
apud Christianos : sed quid meretur lau-
dis , qui tali affectu nō tangitur ? Numen
autem appello naturæ instinctum , cuius
conditor est deus . Hic scilicet me percon-
tatur Clithoueus , an Ioānes Baptista , Io-
annes Euangelista , & Paulus nō fuerint
homines , aut boni citius , aut nū fuerint
saxa ? Hæc nim̄rum exempla erant pro-
ducenda in themate declamatorio . Sunt
& in scripturis laudati lapides , & laudi-
datur repugnare nature , sed quid hæc ad
eum quem tingo humano sensu abhorre-

c te à

re à coniugio? Et in eos stringitur argu-
mentatio, qui non tanguntur sensu natu-
rali. At quidā Theologus Parisiensis nō
īfimi nominis dubitat an mater Iesu sen-
serit primos naturę motus, præsertim an
tequam pareret Christum, quanq; mea
sententia uerecundius erat hanc quæstio-
nem nō mouere. Et fatetur Iodocus eos
quos nominauit, repugnasse naturę sti-
mulis. Quod si uerum est, tangebant igi-
tur. Addit, naturę corruptę, at ego pono
stimulos gignendi esse naturę simplici-
ter acceptę, sicut sitis & fames natura sti-
mulant ad naturę conseruationem, licet
rebellio ueniat è corruptione naturę, de
quo mox incidet plura dicendi oportuni-
tas. Rursus hic utor uerbo uideri, dispu-
tantem agens non pronuntiantem. Hæc
quum sic habeant, tamē ita concludit Io-
docus: hæc certe impia sunt, & prorsus
execranda.

Offendit illum, & alius locus, Nunc is-
est rerum ac temporum status, ut nulq;
reperias minus inquinatam morum inte-
gritatem, quam apud coniugatos. De pu-
dicitia loquitur Declamatio, id Iodocus
negat

negat constare, eoꝝ nec proferendum in contumeliam ordinum. Quasi uero ne-
phas sit in themate fictio quicquam dice-
re, nisi certo compertum. Sed utinā Clí-
thoueus hic liquido potuisset dicere, im-
pudenter mentitur Declamatio. Ipſe for-
tasse uersatus est per omniem uitam inter
metos merasꝝ uirgines, sed qui uarijs in
regionibus uersati sunt, ihs nimirum plus
satis cōstat esse uerum quod dicit Decla-
matio. Omitto nunc greges utriusque se-
xus scortorum quos alicubi alūt utriusqꝝ
status proceres, omitto uirorū ac mulie-
rum monasteria collapsæ disciplinæ, que
palam nihil aliud sunt quam lupanaria.
Qui dant operam audiendis sacris con-
fessionibus ea pro compertis narrant, de
probatis etiā monasterijs, de inclusis uir-
ginibus, de collegijs, in quibus sub rigi-
da disciplina iuuentus instituitur, que ne-
mo pius sine magno gemitu possit audi-
te. Nec ea dicuntur in contumeliam ordi-
num, sed in genere summis digitis attin-
guntur, quoniā id causa postulabat. Nec
uideo quomodo hæc dici potuerint, aut
breuius, aut uerecūdius. Quod si conu-

meliosus est, quisq[ue] notat in genere mo-
 res hominum, quid contumeliosius Hie-
 ronymo, qui toties defricat satyrico sale,
 monachos, uirgines, clericos, & episco-
 pos? Quid Bernardo petulantius, qui sic
 debacchatur in corruptissimos mores Ro-
 manæ curiæ, atque in ipsos etiam mona-
 chos? Vbi nam inquies? Cum alijs in lo-
 cis quamplurimis, tum in librís quibus ti-
 tulum fecit, De consideratione, & rursus
 in meditationibus. Vrget Iodocus me
 non cōferre mores cum moribus, statum
 cum statu. Quid igitur opus erat illis uer-
 bis, Nunc is est rerum ac temporum sta-
 tus? Ea ni fallor, palam excludunt calum-
 niām, ne cui uidear simpliciter, coniugij
 præferre continentia. Arrodit & illud,
 » quod habet Declamatio. Cæteri puritati
 » studuisse uidebuntur, tu generis tui parri-
 » cida iudicaberis, quod cum honesto con-
 » iugio propagare potueris, turpi cœliba-
 » tu passus sis interire. Hic declamator ar-
 gumentatur à laudabili, nec profert quid
 ipse sentiat, sed quid hominū uulgas sit
 dicturū. Illi uidebitur turpis cœlibatus,
 non cuiuslibet, sed illius, qui non amore
 perfec-

perfectioris instituti, sed odio matrimoni patiatur stirpem intermori. Festuum vero, quod addit, neq; altisonus domini Praeco Ioannes Baptista, sui fuit generis parricida. *Ἐν φακῷ μύροι* habet proverbiū. Quanquam hunc nodum ipse dissoluui. Nam paulo ante hunc locum, apostolis, episcopis, sacerdotibus ac monachis fateor conuenire cœlibatum, quur igitur damnem in Ioanne Baptista præcursore domini?

Pergit referre. Detur, inquit Declamatio, hæc uenia sexui, detur ætati; puella dolore uicta peccauit, stultarum muliercularum, aut stultorum monachorum impulsu, se se præcipitem dedit. Hic Clithoveus nec sit syllogismos; si peccat puella, quæ uitam monasticam profitetur, continentiae professio peccatum est. Atq; hic uocifera^t meus Iodocus, nihil magis impium, nihil detestabilius posse dici. At non animaduertit esse uaria peccatorum genera. Febricitans non abstinenſ à uino, peccat aduersus medicinam; non propagans stirpem suam, peccat peccato politico. Postremo puella quæ impulsu stulto-

rum ac stultarum se præcipitat in genus
vitæ ignotum ne ipsa quidem satis nota
sibi, peccat aduersus scripturā diuinam,
quæ dicit, displicet deo infidelis & stulta
promissio. Graue crimen est uotum ar-
duum, idq; indissolubile temere suscipe-
re, id enim Declamatio fingit in ea puel-
la. Qua fronte igitur Clithoueus pronū-
ciat hoc impie dictum in rhetorico the-
mate, quod si in sacra concione diceret,
omnes faterentur salutarem admonitiō-
nem, præsertim hoc seculo, quo tot adu-
lescentulæ illaqueantur, quas mox, sed se-
rō poenitet instituti. Dehinc obiurgat
me homo ciuilis, quod eam uirginē scri-
pto traduxerim. Qui traduco uir egre-
gie, qui nec iuuenis, nec puellæ nomen
edo, imo quum tota res agatur fictione,
tāquam in declamatorio themate, in quo
etiā si libuisset uti nominibus, fictis uten-
dum erat, quemadmodum in cæteris epi-
stolis facio. In calce huius capititis etiam
perorat. Debuisset, inquit, sic probasse
coniugium, ut priores cœlibatui partes
dignitatis relinqueret, ingenuęq; fateri
cœlibatum nuptijs præferendum. Ita Io-
docus

docus. Atqui quod admonet non semel facio in hac ipsa Declamatione, sed ex circumstantijs argumentor illi magis conuenire coniugium. Qualis uero rhetor fuisset, si sualissim illi præferendum cœlibatum, cui ex professo suadeo matrimoniū? Toties autem Clithoueus nobis inculcat cœlibatum pro pudicitia, quasi lex futura sit, si ille uoce latina sæpius abutatur, & posthac nefas sit latine loqui quod toties solœcissans locum fecit calaminiæ In proximo capite perfricat frōtem, aitq; me in suggillationem cōtinētiæ post citata scriprurarum testimonia, subiecisse: Quid simile usquam de cœlibatu legis in arcanis literis? Honorabile connubium, & thoros immaculatus præ dicatur, cœlibatus ne nominatur quidē. Quod si lex damnat sterile matrimonij, cœlibes multo amplius, &c. Primum parum attente, aut certe maliciose, perperā connectit sermonem meum. Hæc enim uerba, quid simile, pēdēt à superioribus. Magnum, inquit Paulus, matrimonij sacramentum est, in Christo, & in ecclesia, nimirū hinc commendans matrimonij,

quod imago sit illius ineffabilis copula, qua Christus iungitur sponsæ ecclesiæ, rursus qua in eo diuina natura iuncta est humanæ. Hinc consequitur, quid usquā simile legis de cœlibatu? Et cœlibatum ubiq; usurpo more latinorū simpliciter pro genere uitæ à coniugio liberæ. Hoc testimonio absoluto, sequitur aliud ex Paulo: Honorabile connubium, & thorus immaculatus. Ne uirginitas quidem usquā dicitur magnum sacramentum in Christo & in ecclesia. Nec ideo præstatius est simpliciter matrimonium uirginitate. Fato, sed hoc ad alterā declamationis partē pertinebat. In eo loco quo Paulus honorifice meminit coniugij, cœlibatu non nominat, quum cœlibatus ex diametro pugnet cū matrimonio. At Iodocus huc torquet mea, quasi scripserim nusquam in sacris literis fieri honorificā mentionem uitæ coniugio solutæ. Sed alijs, inquit, cō pluribus locis laudatur uirginitas & continentia. Quis hoc nescit? Sed hic usurpo cœlibatum absolute, disputans cum eo, qui fortasse non pietatis amore, sed odio coniugij abhorret ab uxore. At singat me cœli

cœlibatum accepisse pro castitate, an rhe
 toricum erat ea commemorare, quæ cau
 sæ meæ aduersantur, & subito pro dissua
 sore fieri suasor; Iam quod lex dicit, Ma
 ledictus qui non reliquerit semen in Isra
 el, quod grauissime punitum à deo re
 fert eum qui semē proiecerat in terram,
 Gen.38
 quod habebantur infames, quæ non pa
 tiebant, uulgo estimante id fieri numinis
 ira, quod eæ quibus post diutinam sterili
 tatem contigit foetus gratias agunt deo,
 quod abstulerit opprobrium ipsarum in
 Israël, quod inter benedictiones Mosai
 cas cōmemoratur fructus uteri, inter exe
 crationes sterilitas, quod Dauid Michol
 Saulis filiæ pro summo malo imprecat,
 ne quis uir ex ea uideret prolem: hæc sa
 tis erant declamatori ad probandū quod
 lex damnaret sterile matrimonium, Ma
 ledictus enim interdum sonat abomina
 bilis funestus & probrosus. Quantū ua
 leat Damasceni commētum ipse uiderit.
 Non obligamur quibuslibet scriptorum
 interpretationibus, præsertim in thema
 te declamatorio. Nec multo plus habet
 frontis quod sequitur, Præterea non is se

» se castrat, qui uiuit cœlebs, sed qui castè,
 » sancteçy colit coniugij munus, &c. Mei
 codices, nam tres habeo, singulos diuer/
 sæ æditionis, sic habent, Non is modo se
 se castrat, &c. Significo magnam pudici
 tiæ partem, & in matrimonio posse obti
 neri, si non seruiatur libidini, sed tantum
 quæratur proles Christo educanda, si fre
 quenter orandi gratia intermittatur usus
 coniugij. Non placet quod sic argumen/
 tatur Declamatio, Si recte dictum est, de/
 um & naturam nihil facere frustra, quor
 ea addidit membra genitalia stimulosç,
 si cœlibatus laudi per se ducit. Quoties
 Theologi in scholis argumentatur ex au
 toritate Aristotelis, uidentur eruditæ, &
 declamanti non est phas ad eundem mo
 dum ratiocinari. Sed argumētū inquiet,
 est inualidum. fateor si inualidum appell
 amus, quod solui potest. At si hic solue/
 rem omnes rationes, quid haberet decla/
 matus partem diuersam?

At toties mihi repetendum est, me hic
 agere cum eo qui non pietatis studio, sed
 alijs de causis abhorret à matrimonio: ta/
 les uiduas Paulus uult nubere, & filios
 procreare

procreare. Si hoc suadet Apostolus, pia-
culum est si idem suadeat declamatori. In
talibus utiq; cœlibatu potius est cōiugi-
um. Hæc à me non fingi, declarant hæc
mea uerba, quæ dissimulauit Iodocus.
Alioqui si quis naturæ legē secutus, det “
operam liberis, præferendus est illi, qui “
perseuerat in cœlibatu, non ob aliud, nisi “
ut sibi liberius uiuat. Carpit & illa, Nec “
audio qui mihi dicat fœdam illam pruri- “
ginem, & Veneris stimulos, non à natu- “
ra, sed à peccato profectos. Quid tā dissū “
mile uerit? &c. Hic quosdā offenderat fœ “
di uocabulum, quasi senserim omnē coi-
tum esse spurcum & illicitum. Fœdū ap-
pello cuius nos pudet, quemadmodum
Paulus ea membra uocat inhonesta, non
quod natura inhonestiora sint ceteris mē-
bris, sed quod ea nudare inuere cundum
videatur. Eorum membrorum rebellio-
nem facile patiar à peccato profectā, sed
ipsos stimulos arbitror esse mere natura-
les, eosq; futuros fuisse in primis parenti-
bus, etiam si nunquam peccassent. Quo-
modo enim sine his perageretur opus cō-
iugij. Rebellionem ac turpitudinem ab-
futuram

futuram fuisse non inficior, stimulos na-
turales abfuturos qua autoritate asseue/
ret Clithoueus ipse uiderit. Multa sunt
quæ Augustinus alijq; veteres comme/
morant de statu parentum si perseueras/
sent in innocentia , quibus non cogimur
credere , ut articulis fidei . Scio distingui
naturam cōditam , & naturā prolapsam,
sed prolapsa quoq; natura dicit̄ . Ita Pau/
lus, Eramus natura filij iræ . Imò rarū est
aliter accipi naturā hominis apud Chri/
stianos scriptores, nisi additamēto distin/
guant. Ego uero naturam accipio absolu/
te, ut est nobis cum cæteris animantibus
communis . Declamo enim , non doceo
Theologiam . Fœditas non est profecta
à natura, sed ea prurigo quæ nunc iudica/
tur fœda, profecta est à natura . Porrò q;
addo fœditatē magis nasci ex hominum
imaginatione quam ex re, tametsi fateor
non admodū esse probum argumētum,
nimirum in Declamatione, tamen nō est
usquequaque falsum. Magna pars huius
pudoris nascit̄ ex sermonibus hominū,
clamantium aduersus pueros, non te pu/
det, tegere.

Non

Nō defuere philosophi, qui docerent,
quod per se turpe non esset, id nec in pro-
patulo esse turpe. Mihi tamen nō placet
impudentia Cynica, sed in declamando
ad persuadēdum torquentur omnia. Vi-
de uero Clithouei dialecticum acumen:
docuit prīcipibus humani generis ante-
lapsum nō fuisse stimulos illicitos & spi-
ritui rebelles, & colligit hunc in modum.
Ex quo quidem asserto prorsus conuellit
tur id Erasmi placitum, quo contendit sti-
mulos illos natura nobis insitos esse, &
nō ex peccato primorum parentū. Quos
stimulos ait: Aduersus animi uolūtatem
coortientes: Hoc à me dictum nō est. De
mire naturalibus stimulis sum locutus.
Natura dum stimulat ad gignēdum, suo
fungitur officio, sollicitat ad sui propaga-
tionem, quemadmodū dum stimulat fa-
me sitiue, sollicitat ad sui conseruationē.
At homo sitit & esurit etiam quum non
uult. Quid igitur est à peccato? Illa ratio-
nis infirmitas, quod huiusmodi stimulis
ægre resistimus, ac sæpe uincimur. Bellū
uero quod declamatorium lemma uocat
placitum Erasmi, quod cōtendam etiam
persua-

persuadere. Quin eadē opera dum Thomas argumētatur stuprum simplex non esse peccatū, quod emūgere nasum non sit peccatum, appellat hoc Thomæ placi tū. Sed de prurigine et stimulis plus satis.

Quum nego esse uirtutē quæ pugnat cum natura, ait me debuisse distinguerē inter naturam conditā & collapsam. Scilicet operē premium id erat in factō thema te. Ad declamādum satis erat, quod Stoici docēt in hoc esse rationem honesti, ut quisq; uiuat secundum naturam. At prima naturae sunt, tueri se se, & propagare genus suum. Hęc per se recta sunt, sed ex circumstantijs fiunt inhonesta.

Adducit Declamatio exemplum filiarum Loth, quarum cum patre concubitu Iodocus appellat infandū, cuius autoritatē securitus nescio. Verisimilius est illas puellas sub sancto patre fuisse sanctis moribus educatas. Ego ut ait, subinsnuo illas aut non peccasse, aut facile posse excusari. Quid non uidet hic lynceus? in modo declamator nec subinsnuat, nec superinsnuat eas non peccasse, tantum adducit exemplum facti quo doceat quāta sit ho-

sit homini secundum naturam cupiditas
 propagandi genus suū. Et si grauiter pec
 cauerunt, tanto magis exemplum seruit
 argumentationi. Maluerunt nefario sce
 lere seruare posteritatē, quām pati interi
 re. Nam erat hoc persuasum puellis, to
 tum mundum conflagrass̄e, nec ullos ho
 mines superesse præter tres. Certe factū
 hoc multis modis extenuat atq; excusat
 Origenes. Initio mundi frater genuit ex
 sorore, idq; citra crimē, quia sic cogebat
 necessitas. Fortassis & puellarū incestū,
 excusare posset necessitas. Quid hic non
 rectè proposuit Erasmus? Sic enim collis
 git Iodocus post ratiocinationem: Non
 debuit Erasmus exemplum hoc infandi
 criminis ad suadendum aliquid honesti
 proponere. Infandum crimen nemo uo
 cauit ante Iodocum. Sed largiamur esse,
 unde promit nobis hanc legem, nō opor
 tere rei turpis exemplū adhibere ad per
 suadēdum honestam: Quur igitur Chri
 stus adhibet exemplum nocturni perfos
 foris ad docēdam sanctam uigilantiam,
 aut perfidi dispensatoris, ad docendam
 piam liberalitatem? Vbi Declamatio ra
 tiocinatur

tiocinatur à iucundo, ait me uoluptateſſi
congressus connubialis proponere uer-
bis adeo prurientibus ac titillantibus, ut
ueritus ſit ea referre, uidelicet quo lector
existimat in meis uerbis plurimum eſſe
obſcœnitatis. At Declamatio ſic tractat
eum locum, ut à uirgineo theologo uix
tractari poſſit uerecundius. Vbi cōiuga-
lem amicitiam confert cum cæteris ami-
citijs, ait, Cum cæteris enim amicis ani-
morum duntaxat benevolentia coniun-
gimur, cum uxore, & ſumma charitate,
& corporum permixtione, & sacramen-
ti fœdere, & fortunarum omnium ſocie-
tate copulamur. Moses minus uerecun-
de locutus eſt, cum ait, & erūt duo in car-
nem unā. Sequitur, Si domi agis, adest,
quæ ſolitudinis tedium depellat: ſi foris,
eſt quæ diſcedentem oſculo prosequat,
absentem diſideret, redeuentem læta exci-
piat, dulcis iuuentæ tuæ ſodalis, gratum
ſenectutis ſolatium. Nunquid hic prurit?
Quis Hippolytus loqui poſſet caſtius?
Sequitur, Neq; hic autem illas tibi uolu-
ptates proponere, quibus cum natura ni-
hil uoluerit eſſe homini dulcius, nescio ta-
men quo

men quo pacto à magnis ingenijis dissimulantur potius, quam contemnuntur.
Hæc nimis sunt illa pruriginosa uerba, quæ titillabant Clithoueum. Cum illic loquar de coitu lictio, hoc est, coniugali, quid dici potuit uerecundus? At nullum ibi præterea uerbum est de uoluptate congressus coniugalis. Quid cogitant, qui talia libris produnt orbi, in suggillationem proximi?

Iam & illud existimat censura dignus, quod declamator ait, qui hoc genere uoluptatis non capiatur, eum lapidem uerius quam hominem uideri. Hic rogat me aucti sancti quibus hoc diuinitus datum fuisse credibile est, ut huiusmodi affectus protinus non sentiant, sint appellandi lapides. Si querit iocosum responsum, dicam illos fuisse lapides, sed eximios in ædificio domus dei, nec homines fuisse, iuxta Pauli sensum, quū ait, Nonne homines estis? sed virtutis excellentia, uel angelos, uel deos. Si serium, de paucis illis ultra conditionem hominum sublati, nō agit declaratio, qui tamē an ulli fuerint incertum est, Christum semper excipio cum san-

Etissima matre.

Supereft unus locus horribilis : optat,
non Erasmus, sed declamator, ut ifti qui
passim sine delectu, ad cœlibatum & uir-
ginitatem hortantur ætate, quæ sibi non/
dum est nota, hoc operæ collocarent in
describenda imagine casti puritatis matris/
monij, &c. Notantur h̄j, qui improbis hor-
tatibus puellas, & adolescentulos pertra-
hunt ad uitam monasticam, & addo sine
delectu, quod non omnes ad id uitæ ge-
nus sunt idonei. Nū tales probat Clitho/
ueus ? Non opinor. Sed Augustinus, ut
ait, & Hieronymus paucos hortantur ad
matrimonium. At Declamatio tantum hor-
tatur unum. Et si probati doctores cōcul-
te & prudenter quosdā hortātur ad con-
tinentiam, protinus laudandi sunt qui id
hodie faciunt temere & inconsulte. Nec
hoc optat declamator, ut hoc operæ su-
mant ad exhortandum omnes ad matris/
monij, quod calumniose interpretatur
Iodocus, sed ad describēdam imaginem
casti matrimonij. Quum enim sit maxi-
ma turba coniugatorū, uulgas existimat
sibi licere in coniugio indulgere libidini.
Quibus

OBIECTA CLITHOVEI 58

Quibus si descripta esset imago casti matrimonij, haberemus puriora coniugia. Quod optat mutari declamator, uituperandum est, quod mauult in eius operæ locum succedere, sanctum est ac penè necessarium, & tamen offenditur ecclesiæ propugnator. Restat huius theologicæ declamationis colophon. Quum sit declinatio, quum sit thematis prior pars, expectans diuersam, quum hæc non dicantur ab Erasmo, sed à iuuenie laico, nec dicantur omnibus, sed uni, quum suadeatur res honesta, & illi quodammodo necessaria quū in toto sermone nulla sit uocula lasciuior, quum in theologicis etiam diatribis, liceat uti falsis rationibus, ut auditores discant eas refellere, tamen uis de obsecro, quomodo pronunciat meus Clithoueus, idq; in propugnaculo ecclesiæ. Ego uero inquit, ut tādem quod sentio libere depromam, optarim libros omnes qui Venerem olen, & ad illā incautos legentiū animos pestifero uerborum ueneno concitant, quale est hoc Erasmi opusculum, de quo loquimur, quales itē sunt facetiæ Pogii Florentini & duo pri-

mi libri Laurēti Vallæ, de uoluptate, fornicationum & adulteriorū patroni, cœli batumq; in dedicatis deo & monasterijs uirginibus damnantes, & nonnulli alij libelli à Christianis autoribus æditi, flamma & sulphure, ut digni sunt, exustū iri, &c. Sobrius ne eras Clithouee, quū ista scriberes? Si Venerem appellas coitum illicitum, ne ulla syllaba est in declamatione mea quę olet talem Venerem. Si licetum, non est phas hunc aut illum ad castum coniugium inuitare, uel declamando? Et hoc opusculum in quo nulla uox est lasciva, conferendum censes cū spuriissimis Pogij facetijs, & Laurentij librīs, scortationum & adulteriorum, ut aīs tu, patronis? Rectè dixit Paulus, Corrūpunt mores bonos colloquia praua, sed qui talibus calumnijs traducunt proximū, non ædunt colloquia praua? Si similis in iudicando æquitas adest ijs, ad quorū sententiam exurūtur homines, quid dicemus? Et quum huiusmodi libros ædant, mirantur esse qui non protinus pro oraculo habent, quicquid à theologis dictum scriptumue fuerit. Possem hūc locum exagerare

gerare uerbis, sed malo Clithouei simpli-
citatē parcere.

Nec arbitror necesse refellere quibus De delectu
impugnat epistolam meam de delectu ci- ciborum
borum, reor ad illa satis respōsum in scho-
lijs, quae epistolæ subieci. Sed carptim &
hinc nōnulla delibabo. Elechus illius ha-
bet, Erasmus nititur dissuadere, usum le-
gis de continentia sacerdotali. Quid est
usus legis, nisi ipsa cōtinentia? An illam
usquam dissuadet Erasmus? An nō eam
magnopere probat quum alijs in omnibus
scriptis suis, tum in illa ipsa epistola
in quam scribit Iodocus? At eadem uer-
ba inculcat in limine disputationis. Ait si
sacerdotibus concedatur coniugium, fo-
re, ut tetra labes plurium malorū, atrac-
lues grauiorum criminum inferretur ec-
clesiae. Quæ nobis hic uaticinatur crimi-
na? Quasi non seculis aliquot & orienta-
lis & occidentalis ecclesia permiserit con-
iugium presbyteris ac diaconis. Nō uult
euelli zizania, ne simul eradicetur & tri-
ticum, quasi uero futurum esset, ut si in
continentibus permitteretur cōiugium,
nullus uiueret cōtinēter, sed omnes subi-

d 3 to cor,

to corrumpentur admixtu coniugato^rum. Et nunc nulli corrumpuntur admixtu concubiniorum; ne quid addā obscenius.

Ait altaris mysteria altiora, quām ut à coniugatis debeant obiri. Peccauit igitur Paulus, qui non solum diaconos, verum etiam episcopos coniugatos admittit ad altaris ministeria. Nō hic referam Petru^m coniugatum, non Philippum diaconum. Multum caligauit ecclesia, quæ tot seculis non uidit, ministerium altaris non recte committi coniugatis. Quid censet illa synodus, quæ pronunciat anathema in eos, qui abhorrebant à coniugatorum sacerdotum communione. Quid quod hodie paucissimi sacerdotes seruiunt altari, sed per alios administrat illa sacrofanca, ipsi uenantur, belligerant, ludunt aleam, administrant ditionem mundanam.

Rursus colligit, Quoniam inquit, aperta huiusmodi fenestra totius ecclesiastici ordinis status, decolor supra modum appareret, & foeda informitate conspurcatus. Hæc Iodocus. Talis igit̄ fuerit olim, & hodie sit oportet ecclesia Græcorum, talis

talis aliquot ætatibus ecclesia Romana.

Non animaduertit hunc sermonem uertere in atrocem catholicæ ecclesiæ contumeliam. Conspurcatur illa coiugis, & non conspurcatur scortis, alijsq; libidinibus hic non referendis.

At hæc inquit, non abessent ab ordine clericorum, etiam si permitteretur eis coniugium. Ut demus, certe parcus adessent. Verum istis arcendis malis reuocaretur antiqua lex. Sacerdos adulteri plecteret capite, scortator aut concubinarius deponebatur: aut si placet lenitas, adulteri ad publicam adigeretur poenitentiam, ac deinceps inter laicos haberetur. Sacerdos autem ac diaconus ob impudicitiam & censu & dignitate summoueretur. Sed quæ spes huiusmodi malorum finiendorum, aut qua fronte præsules corrigent ea, quū ipsi nullo delectu recipiant ad ecclesiasticos ordines, indoctos adolescentes, lasciuiam toto habitu præse ferentes, iuuenies talibus uitijis palam inquinatos?

Libro tertio cum recensuisset opinionem Luteri, qui docet episcopos ac pontifices nullum habere ius præcipiendi, sed

tantum exhortandi, subiicit se non posse
satis mirari Erasmus eadem penè farina
respersum, quod alicubi scripsi, mihi ui-
deri purioris fore Christianismi, si nullū
certum cibi genus præscribatur.

An eadē farina respersi sunt, quorum
alter adimit omnem uigorem cōstitutio-
nibus pontificum, alter optat in ecclesia
eum spiritus uigorem, ut nulli egeant ta-
libus præscriptis, sed procul recedant ab
omni specie Iudaismi, si sua spōte perpe-
tuantur. Et hic perorat grauiter. Deberet
inquit potius Erasmus in ea re totius ec-
clesiae sequi sententiam, publico proba-
tam populi Christiani consensu, & lōgo-
ram usū roboratam, quam ab ea discede-
re, & suę ipsius sententię illi contrarię
inniti. &c. Vbi Erasmus discedit à senten-
tia ecclesiae? An suadet uiolandam eccl-
esię consuetudinem? Contrarium docet.
An quod optat talem redire ardorem ue-
re ac spiritualis pietatis, ut homines eius-
modi præscriptis nō egeant? Puto idem
quicquid est usquam piorum hominum
optare. Hic scilicet canit palinodiā, quod
uerba

Herba quædā quæ recitat ecclesia in consecratione cerei pascalis, O felix culpa quæ tantum ac talem meruit habere redemptorē, scripsérat abolēnda. Sed quid hoc ad uotum meum, quod mihi cum ecclesia, ni fallor, commune est?

Aliquanto post, quum ait meas quere monias tendere ad improbationem ieuniorum & abstinentiæ, manifestæ falsitatis est, quum in eadem epistola quam arrodit, reprehendā illos qui præter necessitatē uiolant huiusmodi constitutiones ecclesiæ. Et tamen hoc conuicium, alijs quoq; locis inculcat. Si dixisset cōtende, ut obligatio uerteretur in exhortationem, si minus uera certe probabilis fuisset oratio. Nec illiç tamen queror de constitutionibus, sed de prepostoris hominū iudicijs, qui externa illa tanti facerent, ut præ his negligerent ea quæ propius spestant ad Euangelicam pietatem.

Et si quis de turba immodiça taliū constitutionum quereretur, quid esset piaculæ: Nónne Ioannes Gersonensis queritur de numerositate dierum festorum? Nónne de nimia multitudine constitutionum
d 5 quibus

quibus ait impediri uigorem sp̄iritus, illa
queari conscientias hominum, ex suauitate
Christi iugo fieri ferreum. Atq; hæc que-
ritur nō de quorumlibet præscriptis, sed
episcoporum, pontificum atq; etiam Sy-
nodorum, confitens præsules frequenter
abutī potestate sua. Iam quod assumit lo-
docus, si tollatur obligatio, fore ut nullus
ieiunet, aut cibis lautioribus abstineat,
ut simpliciter dicā, stulta est imaginatio.

Et hic scilicet erat locus admonendi le-
ctorem, ne incautus hauriret lethiferum
virus sub hoc melle uerborū delitescens.
Sobrius ne eras quum ista committeres
literis Clithouee? Nec audit, quod ibi di-
sputo tantum, nihil asseuerans, sed iudici-
cium ecclesiæ primatibus deferens: nefas
enim esse dicit, in re recepta disputare.
In nulla res? At est ne ulla cōstitutio ecclæ
quæ docet obligationem de ciborum
discrimine fore perpetuam? Nō opinor,
nam legem quam diu manet doceo ser-
uandam.

Quin tota disputatiōe qua laudat Chri-
stiana ieiunia, nos appellat aduersarios,
quasi uituperemus ieiunia. ac ne quis cre-
deret

deret hæc in alios dīci, monet & hic in
Elencho, tertio libro refelli Erasmus.

Decerpit autem verbula quædā mea,
& è singulis necit prolixos syllogismos,
odiose proponens ad calumniam hoc pa-
cto. Delectus ciborum accedit ad ludais-
mū, ergo tollenda cōstitutio. De delectu
ciborum nihil præscripsit Christus. Ab-
roganda igitur lex Non sic argumētatur
epistola, sed multis rationibus per οὐνα-
θεοτυπὸν collectis, monet episcopos, dispi-
ciant, num hoc rerū statu expediat legis
obligationem uertere in exhortationem.
Sed si sic ut oportuit, proposuisset, nō fu-
isset locus odiosis dictis, quæ noluit per-
dere. Rectius autem theologicam synce-
ritatem expressisset Clithoueus, si quan-
ta religione prædicauit nobis iejunium,
& ciborum uetitorum abstinentiam, tan-
ta cautione abstinuissest à calunijs & pro-
cacibus dictis in fratrem. Id enim longe
grauius crimen est, quām soluere iejunī-
um, aut gustare ouum aduersus ecclesiæ
consuetudinem. Et quemadmodum nūc
quidam laudat illius religiosum animū,
quod tam suppliciter deprecatur ueniam
procacius

procacius attractæ cantiunculæ ecclesiæ
sticæ, quæ tamen è diuinis literis sumpta
non est; ita multo plures laudarent homi
nis integritatem, si palinodiam caneret
eorum quæ tam multa calumniose scri
psit in amicum, Dominus det no
bis omnibus mentem
ipso dignam.

F I N I S

S E P I S T O L A C V M
P R I M I S E R V D I T A D E S . E R A /
S M I R O T E R O D A M I ad R. D.
C H R I S T O P H O R V M Episcopum
B a s i l i e n s e m , de delectu ciborum
ac similibus constitutionibus humanis.



I X oratione cōsequi quē Cap.t
 am, reuerēde prāslūl, quām male habeāt anīmū meū hi tumultus, nuper per nescio quos excitati in hac urbe, quam ego sanē tranquillā ac pacatam
 huc adueniens repeperi. Olim multū turbarum inuexit aper ille Calydonius. At hoc tumultus nō obis inuexit, ut audio, porcellus domesticus. Res per se non est capitalis, fateor, sed anīmus ille cōtumax uidetur ad quoduis facinus esse paratus, si modo res sic habet, quemadmodū ad me sermone multorum est delata. Legimus apud Grēcos, magistratus suppliciū de puero quodam sumplisse, cui ludus erat, auium oculos, ubi cūq; nancisci posset, configere, quod ex gratuita peccandi libidine

• DES. ERASMVS ROTER.

libidine cōiectarent eum fore ciuem perniciosum & sanguinarium. Legimus & alteri cuidam grauem multā dictā, quod à magistratu rogatus ex more, num habet uxorē ex animi sui sentētia, ludens respondit: Habeo sanè, sed hercle nō ex animi tui sententia. Id si in conuiuio sodalis respondisset sodali, iocus erat lepidus, uerum non in loco dictus, animū leuem & publicę potestatis negligentem pr̄ se ferbat. Proinde pœnā meruit, non dictum

Cap. II ipsum, sed dicti circūstantia. Res quædam impotens est consuetudo longo usu cōfirmata, quæ tametsi fuerit absurdita, tam postea quam semel occupauit, & potest absque rerum humanarū tumultu cōuelli: nec aliter ferè potest abrogari, & irrep̄it. Nunc ieunium & delectus ciborum eiusmodi sunt, ut si quis recte uerat, & adminicula sint ad ueram pietatem. Primum sobrietas ac moderatio cibi reddit animū expeditiorem ac liberiorem ad uacandum īs, quæ propius faciunt ad ueram pietatem. Deinde sicut in peccando corpus minister & instigator fuit sceleris, & socius impie uoluptatis; ita par est, ut in

ut in pœnitentia cōsors sit doloris & crūciatus, animaq̄ resipiscēti subseruat. Valet igitur ieiuniū ac ciborū delectus, ad duas quasdam res. Primū ad domādā corporis lasciuiam, ne ferociat aduersus spiritum. Quemadmodū enim equis ferocientibus, ac minus iam obtemperantibus seffori, pabulū subducitur, proq̄ aue na datur foenum: ita carni ob lucce, ac spirituum abundantiam rebellanti spiritui, recte subducit alimonia, & eiusmodi ciborū genus suppeditat, unde q̄ minime recalcitret animo seffori suo. Nā quēadmodū cibus subtractus minuit corporis luxuriē, ita sunt escæ quædā, quæ sic alūt corpus, ut uiuat, non ut lasciuiat. Deinde cōducit ad placandā iram diuinā nostris sceleribus prouocatā: nimirū quū uidet nos de nobis ipsis pœnam sumere, ille remittit uindictam suam. Nulla uero pœna proprius ad unūquēq; pertinet, q; quum & animus affligitur odio cōmisi, & corpus abstinentia rerum suauium cruciatur. Atq; hanc uīā placandi numinis, cōpluribus in locis nobis ostendit scriptura ueteris instrumenti, Et Christus ipse nos docuit

cuit, esse quoddam dēmoniorum genus,
quod non eūcitur, nisi per ieiuniū, ac de/
precationem. Quanquā autem illud &

Cap. III

4 à prophetis erat prædictum, fore ut neo/
meniæ, sabbata, ieiunia, ciborū delectus,
cæteræq; legis umbræ ad emicantē Euau
geliū lucem euaneſcerent, tamē recens il/
la, ac tota spirans nouum Euangelici sp̄i/
ritus mustum Christi ecclesia, post subla/
tum in cœlos spōsum, nihil prius ample/
xa est, quām ieiunium ac deprecationē.
Ac tum quidem omnes & quotidiē iei/
nabant, quū nullo præcepto ad ieiunium
adigerentur. Et plerique Christianorum,
nō solum à carnibus, uerum etiam ab o/
mnium animantium efū temperantes, le/
guminibus, holeribusq; uictitabant, quū
per Christum & Apostolos liberū esset
cuiq; quibus uellet uesci. Postremo rece/
ptam iam & tacitis orbis suffragijs com/
probatam consuetudinem, primum alio/
rum episcoporum, mox & Romani pon/
tificis autoritas cōfirmauit, quod iam, ut
opinor, refrigerente populi charitate,
pleriq; quæ carnis erant amplecterentur.
Accessit igitur autoritas episcoporū, ue/
luti

Iuti calcar extimulandis animis imbecilium, iam ad deteriora prolabentibus. Accedit constitutio, quæ licentiam ceu cancellis quibusdam coerceret, ne latius in omne flagitium effunderet sese. Ieiunia igitur ac ciborum delectus non possunt in totum hoc nomine damnari, quod nihil omnino conducant ad pietatem, si quem admodum oportet adhibeantur. Ad hæc magna quedam res est ordo, sine quo non constat inter mortales concordia. Hanc aut æqualitas alit, aut sius cuique datus locus, sua cuique data functio. Velut in corpore, inter manus, oculos, pedes, aures, æqualitas est. Inter oculos, uentre, ac pedes, non æqualitas, sed ordo concordiam alit: Quia sublata, quælo quid bonæ rei relinquitur inter Christianos, hoc est, quæ admodum Paulus apostolus docet, eiusdem corporis membra: Non mediocrem igitur pestem inuexit Reipub. quisquis turbauit ordinem, præsertim si id fiat non per occasionem aut necessitatem, sed temeraria contumacia, etiam in his rebus, quæ neglectæ suapte natura nihil habent mali. Quemadmodum usus ecclesiasticus

e habeat

babet, ne in quadragesima canatur alleluia. At qui laudare deum quocumque tempore, quacumque lingua pium est, & pro his uocibus ecclesia substituit alias idem ferme pollentes. Et tamen si quis contemptor publicae consuetudinis parochus, suo in templo decantet alleluia, ceterosque non canentes irrideat, nonne rem fustuario dignam omnium iudicio committere videbitur? Aut in his postremis quadragesimæ diebus, si quis parochus non per errorrem, sed data opera iuberet in suo templo sonare nolas æreas, quum receptum sit lignis crepitaculis ciere populum, nonne videbitur in anticyras relegandus? Quid commeruit, inquiet aliquis? In re nihil est flagitijs, fateor: sed in contemptu publicæ consuetudinis, in turbato rerum ordine multum est flagitijs. Et hoc indignior est uenia delinquentis malicia, quod nullo incômodo seruari poterat publica consuetudo.

Cap. IIII suetudo. Quâto magis idem sentiendu est in hac re, cuius exemplum nobis à prophetis, à Ioâne Baptista, à Christo & apostolis manauit, quæ nobis longissima retro maiorum consuetudine commendata est

ta est: quæ patrum autoritate commenda-
 ta: quæ præcipuum habet momētum, &
 ad placandum deū nostris sceleribus of-
 fensum, & ad sp̄itū sermoni diuino, sa-
 cris precibus, diuinis hymnis, cæterisq;
 p̄hs uereq; Christianis studijs præparan-
 dum. Quod si quid esset usu receptum,
 quod pro re nata ob causas idoneas præ-
 staret antiquari, id ita paulatim fieri con-
 ueniret, ut tumultus excluderetur. Chri-
 stus tametsi uolebat Mosaicæ legis um-
 bras Euangelicæ luci proditæ cedere, ta-
 men ipse ne cui præberet offendiculum,
 nihil omnium præteriit quæ lex præscri-
 pserat. Nec unquā palam docuit eas cere-
 monias, quas Iudæi religiosius obserua-
 bāt, quām ut damnari paterent, esse sper-
 nendas. Imō nec friuolas illas traditiun-
 culas, quas pharisæi de suo legis onerib.
 addebat, inciuiliter damnauit. Illud repre-
 hendit tantum, quod harum supersticio-
 ne uiolarent seria legis præcepta: quod
 ipsi negligerent constitutiones suas, qui-
 bus onerabant populum. Nec discipulis
 sic patrocinatur, ut dicat licere quavis de
 causa uiolare sabbatum, sed necessitatem

excusat, & Dauid, ac sacerdotum exemplo, discipulorum innocentiam tuetur. Quin & Paulus ipse fortissimus Euangeliae libertatis assertor, tamen Iudæis factus est Iudæus, detuso capillito, uotum in se recipiens, nudipedalia obseruans, se secz cum cæteris in templo purificans. Idem quū sciat idolum nihil esse, & idolothytum nihil esse, tamen mauult nō ueisci carnibus in æternum, quam committere, ut frater infirmus esu suo offendat. Mauult ad tempus obsequi Iudæorū in uitæ superstitioni, quam alienatis infirmis, Euangelij iacturam admittere. Mauult in totum abstinere ab esu carnium, quam infirmis præbere speciem consentientis idololatrarum impiæ superstitioni. Idem uult seruum Christianum ethnico domino, etiam moroso, dicto audiensem esse: uult uxorem Christianam ethnico marito morigeram esse: uult initios Christo, magistratibus ethnicis per omnia satisfacere, siue uectigal exigant, siue tributum, siue honorem, ne quod offendiculum daretur Euangelio: daretur autem, si Christi professio seditiosa uideatur

retur. Nō ignorabat Paulus libertatem Cap.v
 Euangelicam, sed ad Euāgelij negocium
 expediebat sciētiā cedere charitati. Nā
 & hi, quemadmodum audio, prætexunt
 libertatem Euangelicā, cuius Lutherum
 vindicem faciunt, & assertorē. In quibus
 non solum desidero spiritum uere Euā-
 gelicum, qui sobrius est, mitis, ac mode-
 sta simplicitate præditus, uerum etiā pru-
 dentiam. Si Lutheri causæ male uolunt,
 prudenter agunt: si fauent, non poterāt
 alia uia magis officere. Si hoc agūt, ut po-
 pulus Christianus asserat in libertatem
 pristinam, istorum temeritas nihil aliud
 quam iugū cōduplicat, huc adigens ma-
 gistratus ac prīcipes, ut sœuis edictis ser-
 uitutem exasperēt. Sed qui se tuentur co-
 lone libertatis Euangelicæ, primum illa
 præstare deberent, quorū studio hæc ceu-
 leuiora cum uenia negligi poterant. Qui
 totis uiribus studet iuuandis proximis:
 qui iniurias illatas adeo non retaliat, ut
 pro maleficio referat beneficium: qui per-
 petuo sobrius est, & ieunanti similis, cu-
 ius & animus, & habitus, & oratio casti-
 tatem spirat: quiq; totus est in his rebus

moliendis, quæ magnam aliquam, ac pù
blicam utilitatē polliceri uideantur, huic
7 fortasse cōdonabitur, si in ceremonijs ob
seruandis, quæ uulgo & infirmis magis
congruunt, mīnus superstitionis uidea/
tur. Verum quorū omnis uita luxui uo/
luptatibusq; seruit, quorum oratio ferox
& impudica: quorum animus adeo non
mitis, ut pro leui conuicio parati sint pu/
gnum, aut etiam pugionem īpingere,
hi īpudenter concionantur de libertate
Euangelica, quum tales sint, ut Iudaicis
cancellis adhuc coērceri debeant, donec
proficiant ad Euangelici spiritus uigore.

Cap. VI Proinde ut horum temeritas merito di
splicet bonis & cordatis omnib; ita sunt
8 in quibus ijdem doleant Christi gregem
nimium inuolui Iudaicis ceremonijs, &
opprimi, uel autoritate, uel īdiligentia
procerum quorūdam ecclesiasticorum:
qua de re queritur & Augustinus in epi/
stolis suis, clamitans Iudaicorum conditio
nem tolerabiliorem esse propemodum,
quām Christianorum. Tantū huiusmodi
superstitutionum Iudaicarum iam tum in/
undauerat in publicam Christianorū eōs
suetudinem

suetudinem Populus ipse ferè sibi huius
 modi seruitutē accersit, ut Cæcias, quod
 aiunt, nubes. Sed præsulum erat, consule
 re libertati gregis, quā accepit à Christo
 & apostolis. Nunc sæpe addimus onus
 oneri, & laqueos laqueis adjicimus, tan-
 tum abest, ut expediamus animas popu-
 li, quo magis illum obnoxium habeamus
 nostræ tyrannidi, nostroq[ue] quæstui uerius
 quam illius saluti seruientes. Paulus non
 iudicat inter diem & diem, sed omnem
 diem pro sacro habet: nec ullū opus pro-
 phanum iudicat, quod adhibetur Euāge,
 licet charitati. Post hæc maiores proba
 bili sane de causa diem dominicū festum
 esse uoluerunt, quo populus omnis con- 9
 ueniret ad audiendum sermonem Euā-
 gelicū. Mox indictæ feriæ ab operis cer-
 donicis, quum aliquoties sanctius esset
 opera manuaria p[ro]spicere liberis & uxo-
 ri fame periclitantibus, quam audire can- 10
 tiunculas sacerdotum in templo non in-
 tellectas. Nō quod damnandos censeam
 solennes hymnos, quibus ecclesiasticus
 chorus canit laudes deo suo, sed quemad
 modum Christus docet, non hominem

cōditum esse propter sabbatum, sed contrā, sabbatum institutum propter hominem, ita censeam hæc quoq; cedere debe re, quoties proximi necessitas exigit officium charitatis. Verū populus à quibus debebat hæc discere, ab ijsdem frequenter cogit ad diuersa. Nec hoc satis erat, quot festis diebus post oneratus est populus, & indies magis ac magis onerat: Nam apud quosdam penè solēne est, ut quīsq; episcopus diem festum, uelut peculiare quoddam sui monumētum adjiciat. Idq; fit nonnunquam leuissimis de causis. Est fortasse qui quōdam habuerit in deliciis ⁱⁱ puellā nomine Barbarā, hac gratia uult Barbaræ diem esse feriatum. Alij mater fuit nomine Catharina, hoc satis est cau sæ uisum, ut huic sacer dies populum ar ceat ab opere. Alij nomen est Guilhel mus, eoq; magno studio hoc agitur, ut Guilhelmo sint feriæ peculiares. Sint em haec exempli gratia duntaxat dicta. Ma luimus enim fictis exemplis uti, quām quēquam offendere. Sunt & priuatim nonnullis peculiares affectus, huic erga diuum Erasmum, illi erga diuū Christo phorum

Ca. viii. quēquam offendere. Sunt & priuatim nonnullis peculiares affectus, huic erga diuum Erasmum, illi erga diuū Christo phorum

phorum. Sunt & publici quidam affectus ordinum aut nationum, urbiumque. Veluti dum Prædicatores qui vocantur, furent impense suo Dominico, Minoritæ suo Frâncisco, pictores Lucae, medici Cosmo & Damiano, calcearij Crispino, milites Martino, Galli Claudio, Lutetij Geneue sœ, Oxonienses Vuerenfridæ. Huius generis est & illorum studiū, qui Christum ac diuos superstitiose coli uolunt per partes, quibus nō satis est, quod Christi mortem toties renouamus commemoratione quotidiana, quod sancte cruci duo dies festi dati sunt: nisi effuso crux, quem aiunt multis in locis seruari: nisi clavis, nisi spineæ coronæ, nisi preputio, quod adorant alicubi: nisi lactis virginis matris, qd' Autuens
pie multis lacis ostentat, suus dies festus con secret. Quod si quid erit huius generis, quod pie coli posse uidebitur, satis erat in templis duntaxat diem festum celebra ri, ad quem liceat accedere diuitibus, aut quibus alioqui commodum est, non co gantur tenues, quorum manus alunt numerosam familiam. Atq; hi quidem affectus tametsi fortassis reprehendendi non

e s sunt

sunt, tamen non oportuit episcoporum
 prudentiam tantum illis tribuere, ut sin-
 gulis statim suæ feriæ sua sacra, suusq[ue]
 cultus peculiaris dedicaretur. Quid hoc
 est aliud, quam tenuem populum ad fa-
 mem adigere, quum eripitur hoc, quo so-
 lo suam alit familiam? Imò, ut nunc sunt
 mores, ab honestis sanctisq[ue] laboribus,
 12 ad ocium & luxū inuitare? Quibus eīm
 diebus plus peccatur luxu, temulentia, li-
 bidine, alea, rixis, pugnis, homicidijs, q[uod]
 festis diebus? Et quam hic sumus præ-
 postero iudicio. Si quis toto die festo fuit
 ebrius, & scorto adhesit, si lusit aleam, ne
 mo facessit homini negociū: si calceum
 consuit, ut hæreticus defertur. Non hac
 dico, quod uelim à laicis cōtemni dies fe-
 stos, sed quod ecclesiæ pastores mihi ui-
 deātur recte facturi, si huiusmodi dies fe-
 stos, exceptis dominicis, & paucis exi-
 mijs, omnino tollant. Et in his ipsis, quos
 relinquunt, permittant tenui plebeculæ,
 post sacrum & concionem, si res urgeat,
 opificio suo succurrere liberis & familij,
 aut aliquid etiam parare, quod in paupe-
 res erogent. Nūc sæpenumero, quū post
 menstruam

Cap. IX

menstruam pluviā obtigit dies serenus,
agricola cogitur sinere demessam sege-
tem in agris putrescere, quam fauēte cœ-
lo poterat in horreum cōuehere, idq; ob
huiusmodi dies festos, quos nobis nō ue-
terum autoritas, sed affectus quidam hu-
manus inuexit, ne quid addam durius.
Hæc primum obrepunt honesti specie:
deinde copiosius inundat: mox usu con-
firmata tyrannidem occupat, ut iam tol-
li sine tumultu uix queant. Quo minus
est episcopis ad hæc primum irrepentia
conniuendum. Nam in totum quæ iuris
humani sunt, quemadmodum in morbis
remedia, ita sunt ad præsentem rerum ac
temporum statum attemperanda. Quæ
quondam pium erat instituere, post pro-
te nata, proq; mutata temporum ac mo-
rum qualitate, magis pium fuerit abroga-
re. Quod tamen haudquaquam oportet 15
fieri temeritate populi, sed autoritate ma-
iorum, quo uitetur tumultus: & ita mute-
tur publica cōsuetudo, ut non scindatur
concordia. Id ne fiat, episcoporum uigi-
lantia prouidendum est, quos non opor-
tet pertinacius ad iustas populi querimo-
nias

Cap. X nias obsurdescere. Fortassis idem sen-
tiendum de coniugio sacerdotum. Olim
sacerdotum ut erat magna paucitas, ita
erat summa pietas. Ii quo liberius uaca-
rent sanctis studijs, ultro sese castrabant.
16 Atq; adeo priscis illis tatus erat amor ca-
stitatis, ut quidam egre permiserint Chri-
stiano matrimonium, si baptismus depre-
hendisset cœlibem: ægrius etiam diga-
miam. Iam quod plausibile uisum est in
episcopis ac presbyteris, translatū est ad
diaconos, tandem & ad hypodiaconos.
Consuetudinem ultro receptam confir-
mavit pontificum autoritas. Interim cre-
uit sacerdotum numerus, ac decrevit pie-
tas. Quot examina sacerdotum alūt mo-
nasteria, quot collegia: ac præter hos eti-
am innumerabilis est ubiq; sacerdotum
multitudo. Et inter hos quanta raritas eo-
rum, qui caste uiuunt? De his loquor, qui
domi palam alunt concubinas uxoru lo-
co. Nec enim attingo nunc secretiorum
libidinum mysteria. Tantum ea loquor,
quæ uulgo quoq; notissima sunt. Et hæc
quum sciamus, tamen in admittendo ad
sacrum ordinem facillimi sumus, in rela-
xanda

xanda cœlibatus constitutione difficilli-
mi, quum contrà Paulus docuerit, nemis-
ni facile manum imponendam : & non 19
uno in loco diligenter præscripscerit, qua-
les oportet esse sacerdotes, quales diaco-
nos; de cœlibatu neq; Christus, neq; apo-
stoli legem aliquam in sacrâ literis præf-
ixerunt. Olim nocturnas ad martyrum Cap. xi
monumenta uigilias, publica Christiano-
rum consuetudine receptas, idq; seculis
aliquot, abrogauit ecclesia. Ieiuniū in ue-
speram usq; prorogari solitum, in meri-
diem transtulit. Aliaq; permulta pro cau-
sis emergentibus uariauit. Quur hic hu-
manam cōstitutionem urgemos tam ob-
stinate, præsertim quū tot causæ suadeat
mutationem? Primū enim magna sacer-
dotum pars uiuit cum mala fama, parūq;
requiaenta conscientia tractat illa sacrosan-
cta mysteria. Deinde perit magna ex par-
te fructus illorum, propterea quod ob uis-
tam dedecorosam à populo cōtemnitur
illorum doctrina. Quod si his, qui se non
continent, concederetur matrimonium,
& ipsi uiuerent quietius, & populo cum
autoritate prædicarent uerbum dei, & li-
beros

beros suos liberaliter educādos curarēt,
nec alteri alteris uicissim essent probro-

²¹ Hæc non eò spectant, ut sacerdotibus au-
tor aut patronus esse studeā, qui nuper ci-
tra pontificū autoritatē cœperūt esse ma-
riti, sed ut ecclesię proceres admoneā, di-
spiciant, an expediāt ueterē cōstitutionē
ad p̄sente utilitatē accōmodari. Interim
& episcopos admonitos uelim, ne tā te-
mere quoslibet, & inexploratos recipiat
in sacerdotalē ordinē. Cæteros itē admo-
nendos censeo, etiā atq; etiā excutiant se
ipsos, nū idonei sint muneri gerēdo quod
suscipiant, ne lucrī causa, ne ocij gratia
tantæ professionis onus suscipiant, & si-
bi damnationē, & ecclesiæ probrū acce-
sentes. Porrò qui iam initiati sunt, etiā si
pontifices aperiant fenestrā ad cōiugij,
tamē illud consuluerim, ut ne leuiter aut
temere semet inuoluant matrimonio, si-
atq; ut iam duplici pœnitentia discruc-
entur, & sacerdotij, & coniugij. Bona
pars cōtinentię est ex animo uelle cōtine-

²² re. Nihil magis optandum, q; ut sacerdos
immunis à cōiugio, liber, ac totus seruat
domino suo. Sed si frustra tentatis reme-
dijs

dīs omnibus uinci non potest carnis re-
bellio , superest ut cū una caste uiuat , ad
remedium habens uxorem , non ad uolu-
ptatem ; illud interim conans pro uiribus ,
ut imbecillitatem carnis , cui concessa est
uxor , reliqua uitæ integritate , pīscī stu-
dīs compenset . Sic enim omnes intelli-
gent uxorem necessitatī quæsitam , non
uoluptati . Neq; dubito , quin pleriq; sint
episcopi , qui perspiciant hæc ita habere ,
quemadmodum dicimus : sed uereor , ne
hic quoq; quæstus obster , quo minus id
sequamur , quod uidemus optimum esse .
Si episcopi tentent mutare , fortasse recla-
ment officiales , qui plus sentiunt reditu-
um ex cōcubinis sacerdotum , quam sen-
suri sint ex uxoribus . At non æquum est ,
ut quæstus apud nos tantū ualeat , ut ob-
eum in re tanti momenti minus sincere
cōsulat . Huius generis permulta sunt , Ca. XII.
sed hæc duo exempli gratia posita sunt .
Nunc ad ieiunia redeo . Si quis adeo fir-
mus sit , ut perpetua sobrietate sibi tempe-
tet , huic non admodum opus sit indictis
ieiunijs , nisi pro tempore , huiusmodi ui-
ctima placanda sit ira dei . Sed ob rudes ,
inquietes

inquieres; & crassos certidies præscribuntur. Sit hoc sanè tolerabile. Præscribitur unica refectio, præscribit & cibi genus. Nec hoc satis. Intentatur æterna damnatio consuetudinis humanæ uiolatori. Sic enim parochi quidam denunciant populo ieunium, haud scio an ex pontificum sententia. Ne id quidem satis. Veluti paricida penè dixerim, rapitur ad supplicium, qui pro pisciū carnibus, gustarit car-

- 24 nes suillas. Iam dixi seditiosam temeritatem ubiqꝫ graui dignam suppicio. Nec huius generis causam ago, sed alioquin quorundam iudicium hic mihi nō solum inciuite uidetur, uerum etiam præpostorum. Indictum erat ieunium. Hoc erat eius rei caput. Accessorium erat talibus aut talibus uesci cibis. Nūc passim coenatur, & nemo mouet tragœdiā. Gustauit aliquis carnes, clamant omnes: O cœlum, o terra, o maria Neptuni. Nutat ecclesiæ status, inundant hæreses. Ut cœnes, nulla opus est uenia: ut fas sit uesci carnibus aut ouis, emendum est Romani pōtificis diploma. Ita quod specie propius accedit ad Iudaismum, & omnino tale

tale, ut merito quis admiretur hoc tanto/
pere receptum à Christianis, qui circum/
cisionem, cæterasq; Iudæorum ceremo/
nias execramur, teneimus mordicus. Ci/
borum delectū maximi facimus: id quod
propius accedit ad Euangelicæ pietatis
studia, siniimus antiquari. Quū enim pre/
catio Christianorū sit peculiaris hostia,
& huius sodalis comesq; sit ieunium, qd
in Euangelicis & apostolicis literis hæc
duo fermè copulantur, deprecatione & ie/
unium (nam ieunio purgatur animus,
ac robatur spiritus, ut pura, ut ardens,
ut alacris sit deprecatione) tamen in ciboru/
delectu longe tenaciores sumus humanæ
constitutionis, quam in ieunio. Quan/
quam & ieunijs multo crebrioribus one/
rantur Christiani, quam unquam Iudæi.
De ciborum generibus dixit dominus Ie/
sus: Quod intrat in os, nō coinquiat ho/
minem. Et Paulus à præceptore non dis/
sentiens: Regnum, inquit, dei nō est esca
& potus. Cæterum in ciborum delectu,
quanto nostrum onus uidetur durius q;
illorum. Illis licuit ex omni piscium, qua/
drupedum, ac uolatiliū genere salubri/
f mis

Cap. xiii

26

mis quibusq; uesci. Nobis in bonam an-
 ni partem omnium carnium esus interdi-
 citur. Et uide quælo, quām hic fuerit cu-
 riosa uel consuetudo, uel maiorum auto-
 ritas. Certis temporibus præter carnium
 esum nihil interdicit alicubi, extis ac pīn-
 guis uesci licet. Aliás pingui tantum, aliás
 nihil ex animāte terrestri, aut uolatili gu-
 stare licet. Atq; hic sanè non paucæ quæ-
 stiones existunt, quo usq; porrigitur car-
 nis uocabulum. Habet enim mare quæ-
 dam animantia terrestribus non dissimi-
 lia, ut phocas & canes : habet & amphi-
 bia, ut castor. Quin & de cochleis, testu-
 dinibus, ranis, & colubris disputat. Rut-
 sum alijs diebus ouorum & lactariorum
 esus permittitur: alijs lactariorum dunta-
 xat. Sunt in quibus & hæc tetigisse ne-
 phas sit. Sunt in quibus interdicitur, quic
 quid aliquando uixit, ut iam spongiae ue-
 niant in quæstionem, quæ quibusdā sen-
 tiunt. Et reperiūtur qui nihil sibi permit-
 tunt præter panem & aquam. Ut demus
 hæc non aspernanda, tamen quis non ui-
 deat, quām frigeat si conferant ad Euau-
 gelica præcepta, quoru oportuit primam
 esse

esse curā. Deinde considerandū, an hoc congruat Euāgelicæ libertati, quam tan-
ta contentionē defendit Paulus, hæc ab omnibus tam morose, tamq; rigide exi-
gere. Nūc uideamus, quām hic quoq; ue-
rum sit, quod scripsit Paulus apostolus:
Exercitatio corporalis ad modicum uti-
lis est: pietas ad omnia ualeat. Nullis die/
bus operosiores sunt culinæ quām piscu-
lentis, nec unquam apparatus maior, aut
sumptus grauior. Ita fit, ut tenues esuri-
ant, diuites uiuant etiam delicatius. Quis
non malit silurum, quēm, opinor, uulgo
sturionem uocant, aut troctam, aut mure-
nam, quām suillam fumo duratā, aut uer-
uecinam? Atq; in his etiam ea quæ à car-
nium uocabulo separātur, sunt quæ plus
addant alimonias, quām caro bubula, aut
ouilla ueluti testudines, cochleæ, & colu-
bri: magis etiam iritant libidinem. Atq;
hæc reperias etiam in holeribus, & arbo-
rum foetibus. Quid prodest abstinere à
carnibus ouillis, si uentrem distēdas eru-
cis, palmulis, ficis, & uuis passis, tuberib.
carduis, & bulbis, quæ genitalia magis
accendunt tentigine, quām pullastræ: Cō/
f 2 dita

Ca. XIIII

29

30

31

dita myrobalanus uegetius reddit cor-
pus, quām bubula. Nec horū quicquam
interdicit. His rebus fit, ut qui tenui sunt
fortuna, grauentur huiusmodi constitū-
tionibus, quum mīnimum egeant, qui di-
uites sunt, ad delicias inuitentur. Dixerit

32 alijs, hoc nostro uitio fit. Fateor. Et ideo
fortasse tollendum, ubi uiderimus ex eo

Cap. XV plus nasci malī quām boni. Nec multo plus fructus uidetur prouenire ex ie-
junio. Nam qui tenues sunt, aut imbecil-
lo corpore, ægre ferunt diutinam inedia.
Contrà qui ualent, uentrem onerant tri-
dii commeatu, ut iam à prandio nulli rei
sint idonei, præterquām somno. Et tamē
ieiunium in hoc potissimum adhibetur,
ut spiritus minus grauetur onere corpo-
ris. Ut ne commemorem interim ualetu-
dines, morbos, ætatum imbecillitatem,
inopiam, corporū peculiarem quandam
naturam, ut nonnullis etiam sanis inedia
paucarum horarum letalís sit: nonnullis
quilibet piscis, quod alijs scorpius, aut le-
33 pus marinus, aut uipera. Iam in regioni-
bus quæ laborant inopia piscium, interdi-
cere carnium esum, quid est aliud quām
famem

famem indicere. In tanta regionum, cor-
porum, ualetudinis & ætatis inæqualita-
te, satis apparet quam multos grauet lex,
omnibus, ut putant, æqualis. Sunt corpo-
ra quæ lasciuia, etiam si fœno pascatur.
Sunt quæ uix uiuant, etiam si perdicibus
& phasianis auibus alant. Si iuberet edi-
ctum, ut in his diebus opulentii frugaliter
uiuant, & quod suis mensis detrahunt,
mitterent ad mensulas pauperum, tum fie-
ret æqualitas, & euangelicum quiddam
saperet constitutio. Nūc passim fit quod
ait Paulus: Alius esurit, aliis ebrius est.
Opulentis mutatum cibi genus, uolupta-
ti est, & fastidij remedium: nec ullo tem-
pore magis deliciantur, quam quum ab-
stinēt ab esu carnium. At interim tenuis
agricola, rapam crudam, aut porrum ar-
rodens, hoc obsonium addit atro ac fur-
furaceo pani: proq̄ mulso diuitū, serum
lactis subacre bibit, aut aquam ē lacuna,
interim perpetuis sudoribus uxore, par-
uos liberos, reliquamq̄ familiam egre su-
stentans. Deniq̄ eo rediere mores homi-
num, ut ista tātum grauent eos, quorum
gratia non admodum sunt instituta, nihil

34

Ca. XVI pertineant ad eos, ad quos maxime perti-
 nebant. Dixerit aliquis, si quis grauabi-
 tur hisce rebus, est unde subleuetur. Vn-
 der: Redimat à Romano pontifice ius ue-
 scēdi. Pulchre dixti. Atqui nec omnibus
 uacat, nec omnib. suppetit pecunia, qua
 ius eiusmodi redimāt. Atque hic rursum
 fit, ut diuitib. quibus maxime opus erat
 interdictio carniū, quibus maxime opus
 erat iejunio, ferè sit relaxata constitutio:
 tenues & inopes solos premat graue iu-
 gum. Quin & illud interim demiror, ius
 huiusmodi constitutiones relaxandi soli
 Romano pontifici relinquī. Sic enim exi-
 stimat uulgas. Quod mea quidem sente-
 tia magis cōueniebat tradi parochis, qui
 nunc in episcoporum uices successerūt,
 quod ad labores attinet. Nam hi cuiuscq;
 statum, ualeitudinem, opes, atcq; animum
 etiam nosse possunt, præsertim quū hæc
 non sint admodū magni momenti, quod
 ad pietatem attinet. Concreditur illis di-
 spensatio sermonis Euangelici; conredi-
 tur potestas administrandi sacramēta ec-
 clesiastica, ius audiendi confessiones, &
 ab enormibus etiam flagitijs absoluendi:
 licet

licet illis etiam cum capitib⁹ sui periculo
adesse peste laboratibus, aut alioqui mor-
bo foedo & abominando, & iisdem nega-
tur autoritas indulgendi ueniam ueſcen-
di cibis, quos aliquorum postulat imbe-
cillitas. Si parum idoneus est, qui hæc le-
uia dispenseſet, nimirum culpa penes epi-
scopos est, qui tali crediderunt gregem
Christi. Sin est idoneus, cui grauiora q̄q;
comittantur, aliquid monſtri ſubſit opor-
tet, quur hæc leuiora non eidem comit-
tantur. Sed hic rursus audire uideor quæ
ſtum quorundam obmurmurare paran-
tem. Atq; utinam hæc erugo prorsus era-
datur ex ecclesia Christi, quæ nō patitur
uſquam quicquam eſſe ſanctum ac syn-
cerum. Hęc enim facit, ut conſtitutiones 35
ad pietatem institutæ, propè nihil aliud
ſint, quam laquei captandis pecunijs ac/
commodi. Quorsum enim attinebat, tot
tam rigidas conſtitutiones prodere de ele-
ctione episcoporum, abbatū, & aliorum
ecclesiæ procerum, ſi nūc paſſim data pe-
cunia, uel uiolatur, uel excludit electio?

Narrant Dionysium Syracusanum ty- Ca. XVII
rannum, plurimas leges dedisse suis, atq;

hīs prouulgatis, data opera cōnixisse, do
nec omnibus secure quod erat constitu
tum negligētibus, haberet multos obno
xios. Ita leges illi cassium erant uice, quī
bus captabat prædam. Absit autem ut
Christi uiçarij simili cōfilio, uel nouis po
pulum constitutionibus onerent, uel ue

36 terum decretis abutātur. Om̄ino opus
est maiorūm constitutionibus. & incidit
frequenter, ut ob peculiares causas expe
diat etiam laxari publicæ legis rigorem,
modo ne id fiat passim, modo ne per sor
didos negociatores, modo nullo iudicio,
sed magno compendio. Magni referret
ad synceritatem ecclesiasticæ disciplinæ,
si nulla iuris relaxatio esset uenalis, et his
cōmitteretur, qui possint hominē nosse,
cui fit publicæ cōstitutionis gratia. Nūc
ad impetrāndam hāc ferē nihil est opus,
nisi nomine et pecunia. Si causa iusta est,
quur exigitur pecunia? Sin minus, quid
facit relaxatio? Quin in nonnullis potē
ram fortassis & hoc uti dilemmate: si cau
sa est idonea, quid opus est relaxatione?
Si nō est, quid prodest relaxatio? Roma
nus pontifex indicit ieuniū, at hac, opis
nor, le?

nor, lege nō uult obstringi pueros, admo
dum senes, ualetudinarios, ægrotos: bre/
uiter omnes qui non nisi magno suo ma/
lo sint iejunaturi. Hic igitur ubi certa ac
manifesta causa intercedit, nihil est opus
laxare legem, sed interpretari potius. In
dubia causa, quem potius cōsulas, quām
parochum tuum, aut ordinariū episco/
pum: Si refugis illius iudicium cui cogni/
tus es, prodis insinceram conscientiam.
Si uel simultas, uel inscitia, uel aliud
quippiā intercedit, quo minus ille iustum
relaxationē indulget, tum pateat archis/
episcopi, aut Romani pontificis asylum.

Ipse disputationis progressus nos admo
net optime præsul, ut paucis considere/
mus, quām arcte nos astringat huiusmo/
di constitutiones, quę humani iuris sunt;
qualia satis conuenit esse præscripta pon/
tificum, de ieunijs, delectu ciborū, ac sa/
cerdotum coniugio. nam de ceteris nihil
disputo. Est aliquis qui patrē senē, ægro/
tum, egētem recusat opibus & obsequio
subleuare, quū sit unde id faciat: huic epi/
scopus præcipit, ut adsit parenti, docens
honorem in præcepto diuino subsidium
f 5 intel-

Intelligi, non apertio[n]ē capiti[s], aut cesso[n]em de uia. Is si recuset obedire, dubium nō est quin se gehennæ reddat obnoxiu[m]. Rursum si cui simultas est cū proximo, & qui læsit resipuit, orat ueniam, paratus etiam sarcire iniuriam, si qui Iesus est, epi[scopo] p[re]cipienti ut remittat uindictam, redeat ē in gratiam cum proximo, recuset obtēperare, dubitari non potest, quin ob hanc inobedientiam se reddat obnoxium gehennæ. Quur ita? Quia quod p[re]cipit episcopus, iuxta doctrinam Euāge[li]cam p[re]cipit, & magis ingerit Christi p[re]ceptum, quām profert suum. Sed an

37 in hisce rebus, de quibus nūc agimus, idē fiat dispiciamus. Dicam enim quicquid dicturus sum, non ut asseuerans, sed ut inquirens, apud præsulem ut integrissimum, ita longe doctissimum. Cōstat huiusmodi pleraq[ue], de quibus nunc est sermo, primum inuecta cōsuetudine, quæ quo s[ecundu]m obliget, in quibus, & quatenus, quando, p[er] diu, prolixius sit hic differere. Primum illud uidetur certe probabile, consuetudinem non arctius alligare quenquā, quām uoluerint ī, qui consuetudinis fuerūt au[to]res

tores. Sít interím semper exceptū offendiculum & contemptus. An credendum est , quod iij qui primum ultro facultates suas deposuerūt ad pedes apostolorum, hoc animo deposuerunt, ut qui nō depo- nerēt, essent æternis poenīs obnoxij: Aut qui primum coeperunt abstinere ab esu carnium, hoc animo principes esse uolue runt huius cōsuetudinīs, ut qui post non idem facerent, astringerentur æterno exi tio: Imò magis opinor hanç fuisse mentē illorum , atq; etiā orationem , ut si quem uidissent imbecilliore corpore , qui pro uocatus ipsorū exemplo , conatus sit idē facere, monuerint his uerbis: Charissime frater, ego qui sum rebelli corpore, merito carnem meam subigo iejunij: tibi cor pusculum est & imbecillū , & spiritui sati morigerum , cuius ualetudo curanda sit potius, quam coercenda lasciuia. Quare sumptis moderate , & cum gratiarum actione cibis idoneis , cura ualetudinem corporis tui , quo possit alacrius seruire spiritui suo . Sic Paulus admonet Timotheum suum, ut modice utatur uino, propter stomachi imbecillitatem , & fre quentes

Ca. xix. quentes ualetudines. Iam an consuetudo præter uoluntatem eorum qui fuerūt autores, alliget ad crimen: quemadmodū qui monet errantem, tametsi non in hoc admonet, ut grauetur culpa, qui monet, tamen qui monitus de re flagitiosa nō resipiscit, grauius peccet quām antea, non est huius loci discutere. Illud uidendum, an in his rebus quæ per se licitæ, tantū humana constitutione fiunt illicitæ, episcoliis aut pontificibus Romanis, quum receptam consuetudinem comprobarent, hic fuerit animus, ut qui nullo malitioso contemptu, sed per infirmitatem aut negligentiam non obseruarent, addicerent gehennæ. Deus nō est adeo morosus aut iritabilis, ut ob quamlibet culpam coniciat in gehennam, quos suo sanguine redemit: Nouit infirmitatem sui plasmatis, multaque dissimulat in nobis, prius quām amputet à corpore filij sui. Sed quisquis admittit crimen capitale, ex membro Christi, fit membrum diaboli: ex hærede uitæ cœlestis, fit hæres gehennæ. Porro quum episcopi locum teneant eius, qui querit omnes saluos facere, & perdere nemine,

qui

qui paterna uiscera gerunt erga gregē suū : deniqz qui & ipsi sunt homines obnoxij infirmitatibus , & pleriqz in rebus egentes misericordia dei, qui consentaneum est , quod hoc animo fuerint , ut suis cōstitutionibus mere humanis uoluerint fratres ac filios suos obligare supplicijs æternis , præsertim quum non ignorent uel ex suis ipsorum animis mentes hominum pronas ad peccandū: & qui ipso interdicto frequenter iritari soleant ad peccandi libidinem . Prophani principes qui ferrū gestant , ac metu supplicijsqz ex professō coērcent multitudinis licentiā , nolent tamē etiamsi possent , eum esse rigorem legum , quas instituunt , ut uiolator illico capite plectere . Atqz hi nihil aliud occidere possunt quam corpus . Et episcopi , quorū est gladio sermonis diuinī seruare homines , ob cibum aut potum , cuius potestatē nobis fecit Christus , postulant suæ constitutionis neglectorem totum abire in gehennam : præsertim cum ipsis in manu sit , non iniūcere hunc laqueum , nec in hoc discriminem adducere : Iam maiora sunt uincula charitatis Euangelū
ca, ϕ

cæ, q̄ cognitionis: spiritus, quām carnis:
dei, quām naturæ. Sed quis pater unquā
tam crudelis fuit in filios suos, ut si inter/
dixisset illis potionē uini, ne quando im/
modice bibentes, sibi cōtraherēt febrim,
postularet suum interdictum tantum ua/
lere, ut si negligerent, capite pœnas da/
rent, præsertim quum & citra noxam ui/
num ab illis bibi posset, si modice bibat.
Nimirum temperaret ab edicto suo, si sci/
ret filios suos fore tanto periculo obno/
xios, malleret illos in febris, quām in ca/
pitis periculum uenire.

Cap. XX Præterea non
arbitror quenquam esse, quin fatear plus
tribuendum legibus quas instituit deus,
quām h̄s quas condunt homines. Sed ue/
teris testamenti leges à deo proditæ, non
omnes astringebant olim ad culpam leta/
lē, imo si credimus magni nominis theo/
logis, quædam ne ad ullam quidem cul/
pam, quod genus arbitror esse, si quis cō/
tigisset morticinū: & hoc postulabit cle/
mentioris testamenti dispensator, nō au/
tor, ut quibuslibet suis constitutionibus
astringat suos ad pœnam ignis æterni:
Veniam ad apostolorum autoritatē, qui
bus

bus tantū semper tribuit cōsensus totius
orbis Christiani. At ego sanè non ausim
affirmare, quod quicquid hi præceperūt,
hoc animo præceperint, ut transgressorē
quemlibet uellent esse obnoxium gehen-
næ. Paulus multis locis interdicit auari-
ciam, libidinem, iram, cōtentionem, inui-
diam, nominatim addens: Scimus quod
qui talia agunt, regnum dei non posside-
bunt. Et tamen Theologi fatentur, non
omnem iram esse peccatū capitale. Nec
omnem inuidiam fortasse. Rursus idem
seueriter edixit, ne mulieres loquantur
in ecclesia, ne sexus insolentior sibi uindi-
caret autoritatem apud maritos. Et ta-
men non arbitror Paulum illud hoc ani-
mo præcepisse, ut si qua per infirmitatē
muliebrem aliquid fuisset in ecclesia lo-
cuta discendi studio, cōtinuo fieret obno-
xia gehennæ. Hęc sic propono, ut tamen
sit integrum suum cuique iudicium Po-
strem fortassis & in Euangelicis præce-
ptis reperire liceat, quae nō statim quem-
libet obstringat peccato letali. Videmus
religiosorum ordinū patres illud palam
testari de suis constitutionib, quas ob cō-
uictus 40

uictus concordiam & æqualitatem ne-
cessario addunt præceptis Euangelicis,
quod ihs nolunt astringi quenquam nec
ad uenialem culpā. Quo magis admiror
quosdam eiusdem generis, qui citius pa-
tiantur fratrem uel emori, uel morbo di-
cruciari, qui sit morte grauior, quam car-
nium esum indulgeant. Non hic repe-

Ca. xxi

4^o tam, quod quidam non incelestes theo-
logi asseuerarunt, nullum prælatum mor-
talem subditum suo præcepto, astringere
posse ad peccatū capitale, nisi quod præ-
cipit, pendeat à lege diuina. Hoc axioma
equidem in præsentia nec refello, nec ap-
probo. tantum illud obiter quærā, utrum
omnes huiusmodi cōstitutiones obliget
ad æternam poenam, an aliquot dūtaxat.
Si omnes, profecto graue est iugū Chri-
stianorum, quum tot extent pontificum
constitutiones: sin aliquot, scire cupiam;
qua nota distinguant quæ obligent, quæ
nō. Quum additur, præcipimus, ac man-
damus: At Romę quotannis huiusmodi
constitutiones æduntur nouæ: ne spon-
sus sponsæ munus aliquod donet ultra
precium duodecim ducatorum. Sit enim
hoc

hoc exempli causa propositum. Quæro
si quis absq; malicia donaret munus tre-
decim ducatorū, an peccet letaliter? Re-
spondebis, opinor, non uideri. Atqui in
his, & alijs rebus etiam leuioribus, p̄t̄
grauem culpā semper additur poena ex-
communicationis latæ sententiæ. Et sunc
Theologi, qui negant quenquam excom-
municari posse, nisi ob admissum quod
sit apud deum capitale. Sed hanc disputa-
tionem, an possit episcopus aut pontifex
subditos quacunq; in re astringere ad ca-
pitalem poenam, omittam in præsentia.

Illud rogabo, an probabile sit p̄t̄ficiis
hūc esse animum, ut si possit etiam, uelit
ad hūc modum onerare suos. Paulus in-
dignatur, quod aliquis iudicat fratrem su-
um in cibo aut potu: & ego ob cibū aut
potum detrudam fratrem meū in gehen-
nam: Iam in alijs qui sit pontificum ani-
mus, relinquamus interim in medio. Cer-
te in ieiunio palam est, illum non omnes
suo præcepto uoluisse astringere. Proin-
de, quur iniqui iudices in proximum al-
ter interpretamur legem p̄t̄ficiis, quam
pro ipsius animo: Nec enim cōsentaneū
g est

est, illum uoluisse quenquam obstringere ad ieiunium, aut esum pisciū, qui hoc facturus sit insigni ualetudinis, aut uitæ dispendio. Itaq; nō obligat infantes, non admodum senes, non ægrotos, non inopia laborantes: non denique cæteros, qui ob aliam quampiam causam non ferunt inediā, multo minus de esu carniū. His si uescuntur; utiq; uesci uidentur ex eius sententia, qui legem condidit. Dices, sed interim aperitur fenestra malis, qui hoc prætextu uescuntur, quum nō sit idonea causa. Hoc periculum si spectaret ad homicidium, aut aliquod graue malum, audiarem. Nunc tolerabilius arbitror, ut sexcenti uescantur carnibus citra necessitatem, quam ut unus hac superstitione pericitetur de uita. Proinde mihi non displaceat mos apud Italos, iuxta quem etiā in quadragesima publice in macellis uēduntur carnes uitulorum, hœdorū, & agnorū, sed à paucioribus, ne quid desit ægrotis, aut ijs qui ægre carent esu carnium. Nec quisquam notat ementē aut uescitatem, etiam si nihil morbi præ se ferat. Sunt enim causæ, quas ex uultu non possis deprehendere.

prehendere. Et Christianæ charitatis est, in meliorem interpretari partē, quicquid recte fieri potest. Temulentia, obtrectatio, turpiloquium, uere arguunt improbum, iuxta canonem Euangelicū. Si quidem hæc uere mala, quum prodeunt ab ore, declarant corruptum cordis fontem, unde illa Mephitis exhalatur. Et tamen his leviter offendimur, aut etiam applaudimus. Vescentem carnibus sic execratur, quasi defierit esse Christianus, qui Euangelium uetet iudicare quēquam in his quæ per se mala non sunt: & Paulus nolit quēquam iudicari in cibo & potu. Ergo qui uescitur carnibus ex causa graui, ne peccat quidē aduersus legem, qui nihil admittat aduersus mētem eius qui legem condidit. Qui uescitur citra necessitatem, si peccat, tātum peccat in legem humanam. Cæterum qui condemnat frārem suū, qui obtrectat, qui defert ac traducit, peccat & aduersus Euangelicā doctrinam, & apostoli Pauli præceptum: ac mea sententia grauius delinquit, quām si totum decennium carnibus uesceretur.

42

Caput
XXIII

Appellat Lutheranos & hereticos, qui

carnibus uescuntur. Iam hoc est non uitiorum, sed fratri carnē arrodere. Vt rū quæso sceleratius? Et tamen ad id quod uerat autoritas Euangelica: quod uerat Paulus apostolus, nemo cōmouetur: ad hæc quæ præter Euāgelicam doctrinam inuexit humana consuetudo, sic inhorret scimus, quasi semel collapsura sit tota Christiana religio. Verū hīc interīm obstrepit geminus scrupulus, alter qui pertinere uidetur ad ordinem, alter ad offendiculum proximi. Ordini fatemur plurimum esse tribuendum, adeo ut præstet etiam tyrānidem aliquam perpeti, quam ordine turbato miscere res mortalium. & Paulus uitari iubet Christianū ἀτάκτως, hoc est, inordinate uersantem. Atq; idem ne cui simus offendiculo, præcipit abstinerē non solum à re mala, uerum etiā ab omni specie mala. Verum ut constet ordo, & per ordinem tranquillitas, expedit ut proceribus sua cōstet autoritas, ac populous his non secus obediāt ac dei uicariis. Fatemur hæc esse uerissima. Et Petrus apostolus damnat eos, qui suis cupiditatibus seruientes, cōtemnunt glorias, hoc

hoc est, eximios viros publica potestate
praeditos, quū illic sermo sit de magistris
tibus ac principibus, ni fallor, ethnicist
quanto magis oportet pontificum auto-
ritatem sanctam & inuiolatam esse. Quis
si boni sunt, obtemperandū est tanquam
amicis dei. Sin mali, sed tamen ea quæ re-
cta sunt docent, obtemperandum est do-
ctrinæ quam tradunt. Si neq; boni sunt,
neq; bona docent, tamen aliquousq; fer-
rudos censeo, ne turbato rerum ordine,
grauior pestis exoriatur. Hoc ego consi-
lii populo Christiano dedérím. Porrò si
illorum impietas eò processerit, ut diuis
atq; hominibus sit intolerabilis, id quod
auertat Christus: ipse nouit huiusmodi
flagella nectere, quibus ejiciat è templo
suo, quos nolit illic agere. Nam quemad-
modum non sine consilio pontificum ele-
ctio translata est à populo ad paucos, ita
nō placet reuocari exempla, quibus mul-
titudo suos episcopos ob quodvis crīmē
exigebat. Siquidem Brixium ob suspicio-
nem stupri cum lotrice, populi tumultu
depulsum legimus. Ceterum quemad Caput
modū Paulus præcipit uxoribus, ut pet
g 3 omnia

omnia morem gerant, ac reuereātur maritos suos tanquam dominos: ac uicissim admonet, ut mariti moderate ac ciuiliter utantur autoritate in uxores, cogitentq; socias esse, & pares in Christo, cohæredes regni cœlestis, alteram sui portionem, utq; illarum infirmitati semet accommodent cum iudicio: ita monendi sunt ecclesiæ primores, ne uel autoritate sua abutātur in populum, néue populi simplicem obedientiam uertant in suā tyrannidem. Ques sunt, sed Christi potius, quām episcoporum. Ques sunt, sed pro his ouibus summus ille pastor preciosum sanguinē suum fudit. Ques sunt, sed adeo charæ domino suo, ut unam erraticam, anxia solitudine quæsitā, ac tandem inuentam, humeris suis reuexerit ad caulas suas. Ques sunt, sed rationales, & hac parte parres episcopist: nōnunquam etiam plus sapient, quām episcopi quidam: deniq; ex his ouibus sicut pastores. Non populus propter episcopos, sed episcopi populi causa sunt instituti. Vnde tametsi episcopus ad singulos è plebe collatus præcelit, duplicitq; ut inquit Paulus, honore dignus

gnus est: tamen maior esse ratio debet totius populi, quam unius episcopi. Et si quis adderet, maior etiam dignitas, huius oratio non prorsus abhorret ab oratione Christi. Rogat enim in Euangelio dominus Iesus uter videatur maior, qui ministrat, an qui accumbit. Nonne, inquit, qui accumbit? Sed populus sunt illi filii sponsi, qui ut honorabiles discumbunt ad mensam Euagelicam. Primores ecclesiae sunt ministri, qui adstant, & obambulat, circumspectantes ne quid cui desit in eo conuiuio. Et quod cuicunque conuenire vident, id depromunt è diuite penu sponsi Christi. Quod si Christus, qui sine controversia fuit omni comparatione maior, se ministrum appellat, & ministrum gesuit usque ad pedum lotionem, quid oportet facere pontifices, qui iuxta D. Hieronymi sententiam patres sunt, non domini, quibus dispensatio mysteriorum dei credita est, non autoritas: qui & ipsi labi possunt, & ignorant multa. Imperet igitur episcopus populo, sed ut pater filiis, sed ut maritus sponsae dilectorae. Neque putet sibi quiduis licere in gregem suum,

quo redditurus est summo ueroç pasto-
ri rationem. Atç illud etiam meminerit,
autoritatem non solum tuendam esse se
ueritate iubendi, supercilio, minis, ac uin-
dicia, quibus rebus ne tyranni quidē suā
satis tueri solent: sed multo magis uitæ
sanctimonia, modestia, mansuetudine, sa-
cra doctrina, paternis monitis, amicis ex-
hortationibus. Paulus in puniendo eū,
qui patris uxorem habebat, exerit autori-
tatem apostolicam: sed quoties idem de-
mittit se, blandiens, rogans, obsecrans,
exhortans, obtestans, adiurās. Suspicien-
da quædam res est, perpetua uitæ iynce-
ritas, incredibilem populi fauorem con-
ciliat Euangelicus animus, contemptor
opum, contemptor honorum, contem-
ptor uoluptatum, auditus bene merendi
de omnibus: paratus uel uitæ discriminem
subire pro grege sibi credito. Magnā ad-
mirationem conciliat pectus diuinis lite-
ris refertum: lingua non minus sancta ç
diserta, depromens ex opulento penua-
rio noua & uetera. His rebus potissimum
& paratur, & defenditur episcoporuū au-
toritas, multoç rectius ac tutius, ç his
uerbis

Caput
XXV

uerbis, ordinamus, decernimus, statui-
mus, præcipimus, uolumus, ac manda-
mus. Hæc faciunt, ut populus ultrò plus 44
præstet, quām exigatur, magisq; commo-
ueatur exhortatione paterna, quām ullis
quamlibet regalibus minis. An non uide-
mus, quoties exoritur aliquis qualicunq;
opinione sanctimoniq; commeditatus, ac
speciem aliquā Euangelici doctoris præ-
bens, quanto studio populus pendeat ab
illius ore, quām ex animo faueat? Quid
si uideret uere paternum animū, qualem
habebat Paulus aut Petrus, quid non fa-
ceret populus? Paulum non secus ac Ies-
sum Christum exceperunt discipuli, pa-
rati uel oculos suos eruere, ac dare illi si
postulasset. His igitur rationibus optime
constabit ordo, constabit autoritas, cōsta-
bit pax & concordia, si pars utraq; uicis-
sim certet officio. Altoqui tyrannica pax
est, quoties populus oppressus ui, quiet-
scit corpore, sed animo obturmurat, ac
male precatur. Necq; statim clamitent Caput
detrahi præsulum autoritati, si populi li-
bertati simul & quieti consulitetur. Primū
illud pertinet ad præsulum autoritatem,

g s ut po

106 DES. ERASMVS ROTER.

ut populus de ipsis quām optime sentiat.
At parum bene sentire uidetur, qui iudicat eos hoc animo esse, ut uelint suos
quām plurimis constitutionum laqueis
irretitos esse, modo ipsi suo arbitratu im-
perent. Is demum bene sentit de pontifi-
ce, qui iudicat illum hoc esse animo, ut
gregem suum cupiat quām maxime libe-
rum in Christo, & expeditum scrupulis
& captionibus. Neque enim ille detrahit
autoritatē regis, qui nolit illi quicquam li-
cere, contra æquum ac bonum, cōtra pu-
blicas leges, contra consuetudines ac pri-
uilegia ciuium, contra iuslurandum quo
suscepit principatum. Imo totam autori-
tatem detrahit, qui hoc sentit de rege,
quod tyrannis dignum est potius, quām
legitimo principe. Proinde si rex non po-
stulat, ut suo edicto quenquam obstrin-
gat ad poenam pecuniariam, aut corpo-
ralem, nisi sit æqua, iusta, rationabilis, ri-
tele lata, & tacitis populi suffragijs com-
probata: denique non postulat, ut omnis
constitutio reddat obnoxium periculo
capitis, nonne episcopis animum planè
tyrannicum tribuere uidetur, qui suspi-
catut

catur hanc esse mentem, ut quibuslibet
cōstitutionibus uelint suos obnoxios es-
se gehennæ: At p̄incipum leges s̄aþe
minaces sunt, & atrociore poena deter-
rent uerius quam puniunt, qualis fer-
tur illa duodecim tabularum de dissecan-
do corpore eius, qui pluribus creditorib-
us deberet, nec esset soluendo. Ac us-
teres illi multitudinem imperitam, &
philosophia rationibus intractabilem,
Iouis fulmine saeuientis in fontes, dira-
rum ultricium, Rhadamantri, terribilem
apud inferos suppliciorum figmentis,
deterrebant à maleficijs. Ut huiusmo-
di fucorum nonnihil concedamus prin-
cipibus prophanis, non arbitror in epi-
scopis esse recipiendum, qui profitentur
doctrinam Euangelicę ueritatis. Sed qui
præcipit, iniicit laqueum: qui exhortat,
sic uocat ad meliora, ut non adimat liber-
tatem, Dicet aliquis, dilutam esse ex-
hortationem, propter intractabiles opus
esse præcepto. Mibi contrà uidetur. Sæ-
pe plus impetrat exhortatio paterna, q̄
tyrannica exactio. Sit hoc uanum, nisi
quotidie experimur in uxorib. ac liberis;

& nisi

Caput
XXVII.

& nisi suo malo uerum esse docuit Hiero
boam, cui male cessit sequum ac minax iu
45 uenum consilium. Si populus conspexe
rit uere sacerdotem & episcopū, non erit
inefficax exhortatio. Si uita palam im
pia, mores impuri, inficitia crassa, auaritia
insatiabilis, sequitia barbarica prorsus alie
nauit animos plebis, quid proficiet præ
ceptis? Qui non parebunt, grauius pec
cabunt ob contumaciam: qui parebunt
metu, nihil promerebuntur, aut certe q̄
minimum, quod nō præstet præceptum,
qui ui coactus præstat. Et fortasse culpā
cōduplicabit hypocrisis. In nobis igitur
potissimum situm est, ut apud populum
pondus habeat exhortatio quamvis bla
da, & placida. Itaq; probe quidē faciunt,
qui consulunt procerū autoritati: sed ma
le consulunt, qui eam nō aliter quam mi
nis ac terroribus sartā tectam esse uolūt.
Sed interim æquum est, ut gregis quoq;
libertati, quantum æquitas postulat, con
sulatur. Est enim huic sua quædam au
toritas, nec ea sanè leuis. Nōnne consuet
tudo derogat & abrogat legem: adeo ut
lex non mereatur nomen legis, nisi fuer
it uten-

rit utentium tacitis suffragijs comproba-
ta? Quæ res abrogauit proximi consilij
Lateranensis, quod sub Iulio secundo coe-
ptum, sub Leone decimo perfectum est,
tot constitutiones? Nónne tacita populi
suffragia, sine calculis abrogantia quod
erat decretum? Hęc nimirum est uox po-
puli, quæ eadem dei dicitur; hęc est auto-
ritas liberæ multitudinis, cuius æquum
est haberi rationem, quoties non aberrat
à regula pietatis. Proinde recte consulat,
qui sic moderabitur consilium, ut prospici-
at utriq; parti. Nūc scrupulo scanda-
li quantum tribuendum sit, paucis dispi-
ciamus. Princeps noster Iesus Christus,
alias nonnihil tribuit uitando scandalos;
tursus alias negligit offensos phariseos.
E coniugata nasci uoluit: circuncisus est:
obseruauit à lege præscriptas ceremonias;
ieiunauit, ne quid illi posset impingi,
quod probabilem haberet specie impie-
tatis, aut iniustitiae. Cæterum non desijt
prædicare patrem suum: non desijt doce-
re cœlestem philosophiam: non desijt be-
nefacere omnibus: non ueritus est homi-
nem sanare sabbato, quāquam his rebus
urere;

Caput
XXVIII

DE S. ERASMVS ROTER

urerentur pharisei. Scandalo fuit & Herodi, quem contempsit, uicissim ab ipso cōtemptus. Et alicubi monitus de offensis phariseis, qd respōdit: Sinite, inquit, illos, cæci sunt duces cæcorū. Ad huius exemplum & apostoli multa dederūt infirmitati Iudæorū, ne qua res impediret Euangelij cursum. At non usquequaque indulgent offensis omnium. Nullis enim Iudæorum clamoribus huc perPELLI posuerunt, ut gentes adigerent ad circuncisionem. Hoc modo ad tempus datū est inuincibili Iudæorum pertinaciæ, quod iubentur ethnici abstinere à stupro, sanguine, suffocato, & idolothytis. Paulus condet caesariem, exercet nudipedalia, purificatur in templo, quo mitiget quorundam animos ad seditionem spectantes. Sed hæc facit, ubique licet, reclamās. Fatetur licere uesci quibuslibet, sed incidit ubi nō expedit uti iure tuo. Euangelicam porrigit libertatem, sed charitas omnia metiens utilitate proximi, nōnum quam uolens decedit de iure suo, non usquequaqz, nec perpetuo, sed interim obliuclans pro uiribus infirmitati eorum qui

qui temere offendunt, donec & illi proficiant ad robur Euangelicū, nec amplius offendātur his rebus, quae per se neq; bona sunt, neque malæ. Paulus in cibis aliis quando Iudæis fierbat Iudæus, ut Iudæos lucrifaceret. Rursus ethnicis ethnicus, ut illos lucrifaceret. Sed absurdum fuerit, si quis nūc quoq; Iudæis fieret Iudæus, abstinēs à cibis apud illos uetitis, ne Iudeos alienet. Imò Paulus obiurgat Petru, qd quū iā eosq; propagata foret doctrina Christi, ut æquū esset Iudæos edocētos ac monitos abīcere superstitionem infirmitatē, adhuc ne Iudæos offenderet, subduceret sese à cōuiuio, & offendiculū uitās, incidit in aliud grauius. Erat illa Euāgelij velut infantia. Iudeis sic penitus erat int̄xa legis religio tradita à maiorib. lōgoq; usu cōfirmata, ut hic affectus ad tempus esset ignoscendus ac tolerādus, quod ex honesta causa natus esset, & subito reuelli non posset ex animis hominum. Deinde hæc offensa graue periculum secū trahebat. Iudæorum natio tenax auitæ consuetudinis, alienabat ab Euāgeliō. Ethnici sic abhorrebāt ab onere legis, ut multi

citius

citius à Christo sustinuerint resilire, q̄d Iudaismum admittere. Et quū nihil sit exer-
crabilius idololatria, qui uescebatur ido-
lothytis, tum temporis probabilem suspi-
cionem præbebat assentientis illorum su-
perstitioni, quibus cum uescebatur. Et ta-
men hic Paulus clamat legem iam anti-
quam esse. Clamat idolum nihil esse, &
idolothytum nihil esse. Obiurgat eū, qui
sciens offendit fratrem esu suo. Sed rur-
sum obiurgat eum, qui iudicat alienam
conscientiam, in cibo aut potu: qui male
loquitur de fratre, ob cibum pro quo ille
gratias agit benigno domino, qui omnia
creauit in usus hominum. Irridet illorum
stultam sapiētiām, qui ut magnum quid-
dam docentes, dicebant: Ne tetigeris, ne
gustaueris, ne contrectaueris. Quemad-
modum Iudaicus ciborum delectus, au-
tore Paulo, cōtemni cœpit Euangelio sa-
cis iam prouulgato, sic à simili uide ido-
lothytum contemnendum, ubi satis iam
innovuit Christianos puro animo uesci
quibuslibet cibis ad corporis necessitatē,
gratias agentes ei, qui suis cultoribus o-
mnia parauit quæ sunt in hoc mundo,
quum

quum ipse sit omniū dominus ; qui nihil
voluit puris impurum esse. Proinde si
cessat idonea causa scādali : & si regnum
dei non est esca & potus : & si ciborū ab/
stinentia plerosq; inuitat ad luxum ac de/
licias ; tenues autem inclementer grauat,
vidēndum est , an pro cōstitutionibus hū
iusmodi sit tantopere digladiādum . Illuc
pro tempore cōsulebatur nascenti Euā
gelio . Dabatur aliquid affectibus ex prio/
ri uita relictis . Et dabatur ad tempus ex
charitate , non ex iure . Nec dabatur in o/
mnibus , nec perpetuo , nec sine reclama/
tione . At nūc , unde offendiculum , ex his
rebus , quarum usum nō interdicit Euā
gelium : Imò quarum interdictores dām
nant apostolicæ literæ : Prohibentes , in/
quit , cibos , quos deus creauit ad uescen/
dū , & prohibentes nubere . Deniq; quo/
usq; uidentur scādali proferendi limi/
tes : Paulus abstinet ab idolothyto , sed
admonitus , hoc esse immolatum idolis .
At idem uescitur quibuslibet , nihil inter/
rogans propter cōscientiam . Atq; hic le/
ui incommodo uitatur offendiculum . Et
enī qui temperat pro tempore à carniv
h bus

bus immolaticis, habet ad manum alias carnes quibus uescatur. Abstinet à tauro immolato Neptuno, & uescitur perdice, aut capo, nulli deo immolato. Ne id quidem facit, nisi per occasionem. Abstinet à carne suilla, & uescitur ficedula. Abstinet ab anguillis, & uescitur acipensere.

49 Nunc quum plerique diebus omnium carnium eus sit interdictus, num æquum censes. ut ego ob infirmitatem ac superstitionem huius aut illius, de salute uitaq; pericliter, quum iam omnes Christianos illud edocatos esse oporteat, ne ex rebus huiusmodi iudicent proximū? Quod si Christianæ charitatis uide sic indulgere idiotarum aut superstitionum imbecillitatì, ut hac de causa uelimus eum qui firmus est, in ualitudinē aut uitae uenire discri men: quur nō idem facimus in his rebus, quæ iustum ac manifestum habent scandalum? Sunt ecclesiæ proceres, qui quum abundant ecclesiastico censu, usque ad regnum opulentiam, tamen nec docent populum, & palam impie uiuunt. Offenduntur idiotæ. Hic nihil datur populi scandalo, sed ab infirmis tanta firmitas exigitur, ut ius-

ut iubeantur credere, ni malint esse hæretici, quicquid per illos agitur; siue quum absoluunt, damnatue, siue quum benedicunt aut maledicunt: siue quum largiuntur indulgentias, aut retinent, tantumdem valere, ac si per apostolum Paulum, An dream, aut Iacobum fuisset actum. Attamen hoc scandalum natum est ex re per se mala, & adeo non uitatur incommodo eius unde sumitur, ut si nullum esset offendiculum apud homines, tamem uitandum erat, quod offendit oculos dei. Ad hæc Caput quum omnis obrectatio speciem habeat summi mali, tamem hic negligimus offendiculum infirmorum, ac fortiter animo nostro morem gerimus. In his rebus tantum, que huius generis sunt, ut qui interdicunt, egeant patrocinio, ne videantur facere aduersus doctrinam Euagelicam: tantum ualeat scandali vocabulum, ut obstatam superstitionem, uelutius periclitari fratrem, cui cibus est necessarius. An non hoc est transgredi præcepta dei, propter traditiones hominum? Iam dudum dicit, scio, tua pietas, eximie psul: Quorum ista tam multa? An ut damne cibos

rum delectum, quē comprobat usus eccl^{esiasticus}? Ut ingenue dicam, cupiam
 51 omnia quæ sunt huius generis, aut certe
 talium exactionem prorsus ē medio sub
 latam, modo ueræ pietatis studijs accre-
 scat, quod deceßerit ceremonijs: & hoc
 addatur Christianismo, quod Iudaismo
 52 detractum fuerit. Quod si uulgas idiota-
 rum absq^{ue} huiusmodi obseruatiunculis
 prorsus in officio cōtineri nequit, nolim
 Christianam libertatem huiusmodi mul-
 tis grauari. Nolim sic astringi conscien-
 tias, ut se credant capitale facinus admitt-
 ere, si uescantur, nisi peruersus & contu-
 max animus accesserit: nolim præposto-
 ro iudicio tantum his tribui, quæ per se
 penè nullius momenti sunt, neglectis ijs,
 sine quibus non constat Euangelica pie-
 tas. Sed tamen hæc postea quam publica
 consuetudine fixa radices egerūt, nolim
 seditiose contemni, sed uel paulatim abo-
 leri, uel autoritate maiorum tolli, sed ita
 tolli, ut interim populus ad meliora uocet.
 Caput
 XXXI. si non multum conducunt huiusmodi ce-
 remoniæ, certe nihil obsunt; & hactenus
 prossunt

profundit ad pietatem, quod & admonet
ueræ pietatis, & ad hæc infirmis sunt pe-
dagogi, quemadmodū lex Mosaica Iu-
dæis. Et uidemus quanta sit Christiano-
rum etiam imbecillitas. Interdictus car-
nium esus, admonet & docet omnem lu-
xum, & quicquid luxum consequi solet,
esse fugiendum. Indictum ieunium, ad-
monet ac docet ab omnibus uitijis esse te-
perandum. Nam id demum deo gratum
est ieunium. Hæc si placet ratio, circum-
cidamur eadem opera, quando circunci-
sio & temperat titillationes uoluptatum
in coitu, & admonet cor ab omnib. cras-
sis affectibus esse circuncidendum. Ma-
tlemus uictimas, ea res admonet brutos
animorum affectus esse domandos. Ve-
rū ut admoneamur huiusmodi figuris,
satis est nobis, hæc religiose fuisse quon-
dam obseruata à Iudæis. Quod si pietas 55
nō periclitatur ex ceremonijs, quur Pau-
lus tanto ardore ubiq; pugnat aduersus
ceremonias Mosaicæ legis? Hæc si im-
modice adhibeantur, obruunt Euangeli-
cam libertatē. His fidere, ut ferè uulguš
hominum solet, pestis est ueræ pietatis.

Ex his obtrectare fratri, uenenū est Euā/
gelicæ religionis. Hæc nimirum uidebat
Paulus, quum acriter belligeraretur ad/
uersus irrumpere conātem Iudaismum.
Imo si uacet, docere possim grauissimas
quasq; rei Christianæ pestes ex ceremo/

Caput nijs nobis scatere. Non probo contu/
XXII maciam istorum, qui palam & insultan/
tes, uelut in ludibrium publicæ consue/
tudinē, carnes ederunt: sed haec tenus da/
mno, ut docendos, admonēdos, & si res
poscat etiā increpandos existimem, non
ut parricidij reos deferendos apud me gi/
stratus: & rem negligendā magis, quam
exagitandam, uel ob hoc, ne ex hac scin/
tilla concitata maius nascatur incendiū,
& odium aduersus clerum, iam plus sa/
tis exacerbatū. Mihi displaceat quicquid
spectat ad seditionem. At tamē, si nullus
obsistat huiusmodi ceremonijs semper
in maius gliscētibus, actum planè fuerit
de libertate Euangelica: sed à nullis po/
tius obsisti conuenit, quam à proceribus
ecclesiæ. Sic paulatim irrepuit consuetu/
do, quæ nobis diem Veneris pisculentū
reddidit. Deinde ubi hoc successit, adem
ptus est

54

ptus est & sabbati dies. Nunc & Mercu-
 rii dies periclitatur. Et ob id genus obser-
 uatiunculas uidemus tot homines affli-
 gi, periclitari, denique mori, multos sibi
 stulte placere, sibiq; Christianos uideri,
 quum sint Iudæi, & harum rerū fiducia
 ea negligere, quæ ueræ sint pietatis. At
 Euangelica charitas docet afflītis opitu-
 lari. Euangelica libertas non debet hu-
 iusmodi præter modum inductis, à serijs
 studijs auocari. Atq; hactenus quidē in 55
 genere dictū sit de rebus huiusmodi, nō
 ut patrociner contumacib; & insolentib;
 sed ut excussis causæ circūstantijs,
 dispiciat tua prudētia, ne plus minus ue-
 fiat, quām res ipsa postulet. Nunc me
 am ipsius causam paucis agā, non quod
 ulli bono fuerim offendiculo; Quod em
 feci, non ueritus fuisset ipso Christo ac
 cumbente facere: siquidem eram in eo
 statu, ut quiuis citius iudicasset misera-
 tione dignum, quām reprehensione: sed
 tamen non committam, ut apud eos qui
 bus res ut habet ignota est, quisquā meū
 exemplum suæ prætexat licentię, meaq;
 necessitate, suam defendat temeritatem.

Caput
XXXIII

Primum ego nullum hortatus sum, ut ei
tra necessitatē carnibus uesceretur, imo
potius docui publicæ consuetudini ser-
uiendum. Ipse sic affectus sum erga car-
nes, ut si liceat uitam ac salutem tueri ci-
cere ac lupino, nec pisces nec carnes sim
desideraturus. Porro quū ob imbecillem
corporis ualetudinem, & naturale quod
dam odium piscium penè singulis qua-
dragesimis soleam periclitari, tamen fre-
quenter ad carnium præsidia uocantis
bus medicis, nūquam obtemperauī, nisi
semel in Italia, medico iam dies aliquot
mortem minitāte, ni pare' rem: cui tamē
hactenus parui diebus paucis, ut ius car-
nium, ouorum uitellis temperatū sume-
rem, ab ipsis carnibus abstinerem: quas
etiam si animus appetisset, non recipie-
bat stomachus, tāta erat imbecillitas. Et
nunc dies aliquot in quadragesima, idq;
tussu medici, nec sine uenia Pontificis, a
quo iam complures annos diploma pa-
ratum est, quo nunquam antehac sum
usus, quod ad carnes attinet. Iam finge
me hoc absq; medici autoritate fecisse.
Quis medicus rectius nouit hoc corpu-
sculum

sculū, quām ego? Finge absq; diploma/
 te fecisse, nōnne quo quis diplomate me/
 lius excusat necessitas? Primum expen/
 de senectutem, perpetuam penē corpus/
 sculi huius ualetudinem; expende labo/
 rem itineris, labores studiorum, in quib;
 bus supra uires & corporis, & animi uer/
 sor assidue. Ad hæc me uiginti fermè di/
 es pītuita, imo non pītuita, sed mera pe/
 stis ad mortem usque afflixit. Eadem ex/
 interuallo recurrens, grauius etiā ac diu/
 tius nos habuit. Sub quadragesimā nos
 calculus cum mira quadā totius corpo/
 ris affectione corripuit. Hoc malū quum
 sit atrocissimū & præsentis periculi: nec
 enim maiore uitæ discriminē, nituntur
 grauidē, alternis penē diebus mihi recur/
 rebat: sic ut misera fœcunditate uno die
 conciperem, altero niterer, tertio parerē.
 Hic quis sanus non diceret me esse mei
 ipsius homicidam, si carnibus abstinui/
 sem. Qui Erasmus imitari uolūt, totum
 imitentur, & ignoscetur. Nunc quid ua/
 lidis, ociosis, temulentis, ad ludibrium,
 non ad necessitatē edentibus cū exem Caput
 plo Erasmi: Restat unus scrupulus de XXXIII.

scandalō. Suadet illud Christiana charitas fateor, ut ubique quoad licet imbecillum offendiculo cōsulatur. Audio Paulum paratum, uel in æternum abstinere ab esu carnium potius, quam ut cum offendiculo proximi uescatur. Sed idē, ut ante dictum est, obiurgat ex cibo potuī ue iudicantes fratrem, & interim pestilentiissimos commemorat, qui prohiberent uesci cibis, quos deus parasset in usum hominum. Quur tu, inquit, iudicas seruum alienum? Domino suo stat aut cadit. Et quur iudicor ab aliena conscientia in eo, pro quo ego gratias ago? Qui uescitur, non uescentem non spernat: qui non uescitur, uescentē non iudicet. Itaque Pauli iudicio infirmior est, qui non uescitur. Et is grauius peccat, qui iudicat se meliorem, cui magis debebat cedere. Et tamen huius infirmitatis si ex causa probabili fuerit offensus, si corrigi nō possit, ad tempus cedit charitas omnibus sese attemperans. At non usquequaque. Est enim in quo monendum ac docendus est infirmus. Est in quo reprehendendus. Est in quo spernendus.

Alioqui

Alioqui perpetuo obsequio nihil aliud,
quām alere morbum imbecillium, re/
ctissima uia est, ad extinguedam om/
nem pietatem Euangelicam. Et tamen
Paulus illic agit de imbecillitate, propé/
modum inuincibili, quod ex maiorum
traditione, longāque consuetudine sic
alte insederat animis hominum, ut su/
bito reuelli non queat. Sic Iudæi legem
in qua nati fuerunt & educati, & in cu/
ius religiosa obseruatione cōsenuerant,
non ferebant abrogari. Sic aliquis ex/
gentibus conuersus, si uidisset Christia/
num accumbentem in conuiuio, quo si/
mulachris immolatae carnes propone/
bantur, non potuit non suspicari illum
consentire superstitioni eorum quibus
cum agitabat prophanum conuiuium.
Et tamē Paulus strenue clamat interim,
idolū nihil esse, & fas esse uesti, quicquid
in macello apponitur. Clamat legis cere/
monias ad tēpus institutas, ad Euāgelij
uigorem oportere antiquari. Deniq; Pe/
tro restitit in faciem, quod nondum ina/
ne Iudæorū offendiculum auderet cōte/
nnere. Erat igit̄ aliud offendiculi genus
de quo

de quo Paulus ait, cuius occasio præbe-
batur ex uitæ superioris inolita cōsuetu-
dine. Nos ipsi gignimus & accersimus
nobis offendiculorum huiusmodi mate-
riam, quum uideamus, quanta pestis ue-
ræ pietatis hinc nata sit uitæ mortalium.
Paulus tolerat infirmos hac spe, ut profi-
ciāt ad firmitatem. Nos toti inclinamus
in hæc, negligentes eorum, quæ sola ue-
re pios faciunt. Cæterum ut ad meā cau-
sam redeam, utcunq; res habet, de ratio-
ne offendiculi, nec hic quisquam in me
desiderabit, opinor, charitatē cedere cu-
pientem infirmitati proximi. Diploma
Pontificis uelut antidotum opposui hu-
iusmodi offensis. Nec enim uideo in quæ
aliū usum mihi sanè ualeat. Deinde quā-
tum licuit, secreto sum usus carnib. Imo
uscq; ad manifestum uitæ periculū in to-
tum abstinui, sæpe contempto medico.
Quid superest, nisi ut ob superstitionem
infirmitatem, ne dicā peruersam teme-
ritatem quorundam, nihil non calumnii-
antium, etiā moriar. Impius sit, opinor,
qui hoc exigat: & ipse paricida sim, si ob
temperem. Christianæ charitatis est, cō-
mode

mode interpretari, quicquid animo re/
cto fieri potest. Nec illud oportuit ne/
scisse Christiane doctos, iejunium & pi/
sces non esse præscriptos morbo, sed car/
nis luxuria periclitibus. Quod si quis
adhuc adeo supersticiosus est, si qui uesci/
tur, hunc admonuerit hisce uerbis: Fra/
ter ne quid offendat te nostrū exemplū,
coactus facio quod facio. Utinam essem
felicior, ego tuo robori gratulor: tu noli
meam imbecillitatem calumniari: fatis,
ut opinor, suam liberarit conscientiam.
Sed ut finiam, quemadmodum acriter
arguendos arbitror istos, qui seditiosa te/
meritate uiolant publicam consuetudi/
nem, præsertim eam, quæ nō pugnet cū
uera pietate: ita mihi parochi & concio/
natores, recte facturi uidentur, si ex auto/
ritate præsulū sic iejunium denūcient
populo. Oportebat quidem omnē Chri/
stianorum uitam perpetua sobrietate ie/
junium quoddam esse, nō solum à cibis,
uerum multo magis ab omni luxu, à cū/
ctis uoluptatibus huius mundi, à cupidi/
tibus carnis, quæ militant aduersus spi/
ritum; sed tamen adhortatur nos autoris/
tas eccl

tas ecclesiastica, & cōsuetudo maiorum,
ut qui possunt per corporis ualetudinē,
ætatem, aut rei familiaris copiam, ieiu-
nio præparēt animos suos diei festo. Sed
Christianum sit ieunium uestrū, si gra-
tum esse uultis Iesu Christo, sit perfectū
& absolutum. Minima ieunij portio est
abstinentia ciborum. Ingratum est deo
ieunium, quo scinditur pax & concor-
dia. Qui ieunant, gratias agant domino
pro robore corporis, quod inedia reddi-
tur aptius rebus diuinis. Qui non ieu-
nant, gratias agant domino, qui sua beni-
gnitate uariam ciborum copiam suppe-
ditat, refocillandæ imbecillitatí corpo-
rum nostrorum. Qui ieunant, non hoc
nomine sibi placeat, quasi rem magnam
agant, nisi maiora adiecerint. Qui non
ieunant, tanto magis admittatur pijs stu-
dijs, ut quod ob corporis imbecillitatem
praestare nō possunt, alijs studijs pensent
ac sarciant. Qui non abstinet, ne turbet
publicam consuetudinem, uitans offen-
diculum infirmorum, quantum cōmode
potest. Qui abstinet, caueat ne cōtra do-
ctrinam Euangelicam & apostolicam iu-
dicet

dicit proximum suum, ex eo quod natura sit anceps, & recte secusue fieri possit. Leuius peccat, qui totam uitam coenat absq; necessitate, quam qui ob cibum ac potum obtrectat ac mordet proximum, quem iuxta diuinum præceptum non se cus amare debebat, q; seipsum. Huiusmodi monita quoniā uehemēter ad rem faciunt, identidē sunt inculcāda. Quin & illud ob infirmas ac meticulosas conscientias clare cupiā explanari, que cōstitutiones, quos obligent, & quos nō obligent: aut quatenus obligent, aut nō obligent. Nec opinor expedire in his que ab homine laxari possunt, limites usq; adeo angustos præscribi mea sentētia. Sit hic lenis & indulgēs paterna charitas. Cæterum aduersus liuorē, aduersus obtrectationem, aduersus homicidia ac bella, cæterasq; certas ac ueras Christianæ pietatis pestes, sœuiat episcoporum autoritas. Hæc uisum est ad te scribere, clarissime vir, & integerrime præsul, nō ut doceam doctissimum, aut ut meā causam agam apud tuam celsitudinē, cui noti sunt & mei labores in studijs publicæ utilitatis gratia

Caput
XXXVI

gratia suscep*tis*, & animus h̄ic meus, nūl
lius rei mīnus appetēs, quām cibi aut po
tus, & corporis imbecillitas, quā aggra
uat etiam senectus, & hic pr̄sens mor
bus nimium h̄erens & urgens: sed ut per
te uel placē, uel sanem alios, si quos forte
uel offendit factum meū, uel exemplum
ad licentiam pertraxit. Quod autē h̄ec
liberius à me disserta sunt, nihil aliud in
causa fuit, nisi quod optime sentīrem de
tua singulari prudentia ac mansuetudi
ne. Quū enim generis tui nobilitatem,
& morib⁹ integerrimis, & eruditione
non uulgari, deniq⁹ prudentia singulari,
cæterisq⁹ dotibus episcopo dignis deco
res, non uerebar ne quid raperetur in su
spicionē liberius dicitum de pr̄sulū offi
cio. Bene ualeat tua celsitudo san
ctissime pr̄sul. Basileæ
postridie Paschæ.

A N N O
M. D. XXII

IN EPI

SPIRITUALIS IN EPISTOLAM

DE S. ERASMI ROTERODAMI
de delectu ciborum ad Christophorum
episcopum Basiliensem, scholia
eiusdem defensoria.



VONIAM libellus de
delectu ciborum fuit mul-
torum conuicijs lapidatus,
quasi repugnet ecclesię co-
stitutionibus, per indicatas
inedias ac ciborum delectum ad sobrie-
tatem carnisq; macerationem prouocā-
tis, & Christianos ad uoluptates deli-
ciasq; inuitet, uisum est eundem ædere
breuissimis scholijs cōmunitum, quæ ge-
minam, ut arbitror, adferent utilitatem.
Primum enim submouebunt calumnia-
torem, deinde parū firmos admonebūt,
ne illic impingat ubi nullum est offendī-
culum. Id autem pariter expedīt utrīsq;,
nisi quod grauius peccat, qui proximo
struit calumniam, quam qui bis in die re-
ficit corpusculum, & cum gratiarū actio
ne uescitur quibuslibet.

i In pri-

In primis illud lectorem præmonitum
tolo, quod hic dicitur in quorūdam pri-
uatam temeritatem, nihil ad eius reipu-
blicæ magistratū attinere , multo minus
ad episcopum & huius officiales . Nam
& Senatus id temporis eiusmodi mores
nondum probabat, ne nunc quidem pro-
bat opinor : episcopus vir integer ac pi-
us etiam persequebatur , quod quidē in
ipso fuit . Anno ni fallor 1522. quidā qua-
dragesimę diebus uescabantur ouis, idqz
adeo noluerunt haberī clam, ut putam/
na seu testas ouorum per fenestras in pu-
blicam viam eiecerint . Cæterum die pal-
marum, aliquot huius farinæ sodales cō/
uenerūt in ædes urbi uicinas, Sigismun/
di cuiusdam arte chirurgica præcellētis,
sed præcipue admirandi artificis in exe/
cādis è uesica lapidibus . Plurimos enim
uitæ restituerat, nec usquā, quod audie-
rim, fefellerat: tam erat certa manus, ipse
dignus uel hoc uno nomine, cui uita do/
naretur . Nā hic ludus illi pessime cessit,
aliquanto post per occasionem capto , à
Cæsaris præfectis. post atrocissima tor/
menta bis pyragra candente pars carniū
è tergo

è tergo reuulsa est: deinde quatuor extre
mæ partes cū scapulis & coxis lento cru
ciatu sunt amputatæ: posthæc incisa cer
uice, lingua per uulnus extracta, exem
ptum cot, mediū corpus flamnis uradis
tum, maiore nimirū exemplo quam me
rito. Existimabant enim atrocitate sup
plicij in unum editi, plurimos posse sana
ri. Ferebatur autem esse semilunaticus,
quod uicij fere solet eximis artificibus
esse adiunctum. Interdum prudentissima
loquebatur, alias dixisse metem abesse.
Is in ædibus quas dixi, conuiuis aliquot
dominico die palmarū porcellum assūm
exhibuit. Ne id quidem clam esse uolue
runt. Id factum quū detestaretur episco
pus, multosq; citaret, nō deerat qui hoc
colore suæ temeritati patrocinaretur, ut
dicerent Erasmus quoq; nōnunquam
vesci carnibus; Nec id omnino falsum
erat. Aliquoties in ea quadragesima fue
tam usus pullastris, sed clam, nec unquam
nisi summa compulsius necessitate. Sub
inde discruciabar calculo, & in studijs tā
tum sustinebam oneris, ut uix adamanti
bus quispiam par esse posset. Postremo

diploma pontificiū habebam , per quod
id citra scrupulum ullum liceret. Ab epi-
scopo quidē nihil mihi erat periculi, quē
habui perpetuo dum uiueret mei studio-
sissimum; sed tamen illū instruere uisum
est, ut haberet quod responderet ihs , qui
mēam necessitatē ad suā temeritatis ex-
cusationē detorquebat. De scripto æden-
do nulla tum erat cogitatio , siquidē uni
scripseram, eoꝝ liberius . Cæterum ubi
significasset episcopus se cupere, ut hoc
scriptum typographis cōmitteretur, nō
nihil admiratus sum , erāqꝝ dissuasurus:
sed ubi cognoui archetypum quod epi-
scopo tradideram, à multis descriptū ha-
berī , nec uitari posse quin ab aliquo di-
uulgaretur, recognoui non indiligenter,
atqꝝ ex iudicio cuiusdam doctissimi uiri,
cui partes eas ego simul & episcopus de-
legaueramus, cōmisi typographis , nihil
minus expectans , quam ut ab his ipsis
pro quibus scripseram lapidaretur: ma-
gis ab his metuebam, quorum temerita-
tem ibi libere satis & acriter dāno . Nec
ea sanè me fecellit ratio . Habeo quosdā
ob hoc scriptū pro amicis inimicissimos,
adeo

adeo ut non solum amarulentis dictis, ue
rum etiam libellis nomen meum prosci/
derint. Hic nimirum est in rebus homi/
num fortunæ ludus, ut unde magnâ spe/
raras laudem, pessimam referas gratiam.
Ex his arbitror perspicuum esse, proposi/
tum fuisse pium ac religiosum, ut cuncte
cecidit operis alea.

Reclamet hicaliquis : Poteras acrius
insectari constitutionis ecclesiasticæ uio/
latores. Poteram fortasse, sed mihi habe/
da erat ratio, quo tempore & in qua re/
publica scriberem. Ad hæc malui gemi/
num complecti fructum, ut non tantum
cohiberem temeritatem, sed quorundam
etiam superstitionem admonerem, qui
plus satis tribuunt hoc genus externis ob/
seruationibus. Tantum præfatus, ueniam
ad scholia.

S C H O L I V M P R I M U M

Iam opinor liquere, cur in ipso statim
epistolæ limine meminerim Apri Caly/
donij, & porcelli domestici.

Nego rem per se capitalem, quod nō
sit digna suppicio capitis, quum plures
ob cibi genus ita sequant, quasi quis auia
ferro

ferro trucidarit. Et si quis urgeat capita/
le dici crimen gehenna dignum, his aut
illis uesci, non est per se crimen. Nam tol-
le constitutionem, nulla fuerit culpa: ac
manente cōstitutione, nō arbitror esum
protinus gehenna dignum, si nulla adsit
malicia.

5 Vbi nunc sunt qui uociferant̄ me da/
mnare ieiunium & abstinentiam ciborum,
quum hic pluribus uerbis prædicem iei-
unij utilitatem: nec ieiunij tanū, sed no/
minatim etiam ciborum delectū, quum
aio, Nam quemadmodum cibus subtra/
ctus minuit corporis luxuriam, ita sunt
escæ quædam, quæ sic alūt corpus, ut u/
uat, non ut lasciuat.

4 Tertio Capite ne quis cauillaret̄ pro/
sus Iudaicum esse ieiunare, doceo post
Christum receptum in cœlos, apostolos
ac discipulos in primis amplexos ieiuni/
um ac deprecationē, præterea ciborum
lautiorum abstinentiam, sed ultro, citrach
præscriptionem hominum: unde cōstat
cōsuetudinē fuisse priorē constitutione.

5 A consuetudinis laude digressus pro/
bo pontificum uigilantiam qui refrige/
scunt

scenti Christianorum charitati, & inundanti lasciuiae, constitutionis repagulum opposuerunt. Tantum abest, ut eiusmodi constitutiones in totum damnem.

Dein haud molliter increpo eos, qui & constitutiones & à sanctissimis autorib. profectas, & non mediocriter ad pietatē conducibiles cōtumaciter rejciunt, quū supplicio dignus sit, qui leuissimis etiam in rebus contumaciter uiolat publicam consuetudinē. Quibus uerbis affero pōtificibus suam autoritatem, etiā si leuis præscribant, minimiç ad pietatem momenti. Magnum enim malum est, turba ta congregationis tranquillitas, ac spreta prefectorum autoritas.

Perfectioribus non omnino cōcedo libertatem à ceremonijs, sed aio fortasse condonandum, si quis maioribus intentus, in ceremonijs obseruandis, minus uidetur esse superstiosus. Minus superstiosum appello, qui non est anxius ac meticulosus præter rem, ut sunt pleriqz.

Hic non damno publicas ecclesiæ constitutions, sed priuatas quorundam episcoporum, aut decanorum, qui gaudent i 4 aliquid

aliquid suū imponere populo, ueluti pre-
ces, aut cantiones, aut dies festos, ob cau-
sas non necessarias. Nec omnes tamē no-
to, sed aio quorundam, ac disiunctim lo-
quor, quod quidam nō obſistunt talibus
per homines priuatos iudicis. Videmus
& pios uiros queri de immodicis ponti-
ficis constitutionibus, ac nimium cre-
bro torto anathematis fulmine, qui ta-
men non adiungunt illis autoritatem legi-
timam. Horum de numero sunt Bernar-
dus Abbas, & Ioannes Gersonensis. Iu-
daicas appello, de externis obſeruationi-
bus latas. Rursus non de genere cōſtitu-
tionum queror, sed de immodica turba.

9 Hanc causam unam quodam in loco
adſert Hieronymus, nec dubiū est quin
ea fuerit præcipua. Nam psallere & ora-
re suæ cuicꝝ domi licebat, quēadmodum
& synaxim facere. De audienda missa
præceptum recentius eſt.

10 Hunc locum quidam odioſe decerpſe-
rant, quasi dampnem cantiones ecclesi-
sticas, quum mox negem me dampnare.
Quid igitur queror? Ob hæc interdum
negligi quæ necessario exigit charitas.
Nec

Nec tamen illic loquor de diebus domini-
nicis, sed de festis episcoporum superua-
caneis. Rursus non dico simpliciter esse
sanctius uictum parare liberis, quām au-
dire cantiones nō intellectas, sed dico ali-
quoties esse satius, uidelicet quum uxor
aut liberi fame pericitantur. In tali casu
puto recte & Paschæ festum uiolari, si ta-
men hoc est uiolare.

Hic locus uisus est quibusdā blasphemiae proximus, quum mox adiiciā. Sint enim hæc exempli gratia dūtaxat dicta. Maluimus enim fictis exēpliſ uti, quām quenquam offendere. Quum profitear esse ficta, quur pro ueris mihi obijciuntur. Poterant fortassis adducī causæ his scele ratiōres, quod genus est quū fertur lex ad irretiendam Simoniaca ratione pecuniam. At non satis est causas prodendi nouas constitutiones carere turpitudine. Oportet & graues esse aut necessariias. Alioqui sufficit doctrina, admonitio, increpatio, exhortatio. Romanus ille potifex qui ex tribus ieiuniorum temporibus fecit quatuor, eo quod sunt quatuor anni partes, turpem causam non habuit,

i s sed

sed an satis grauem, alij iudicent. Eadē ratione poterat instituere duodecim tēpora, quod sint duodecim menses anni. Prēterea non loquor illic de quibuslibet festis, sed de superfluis. Id oratiōis tenor arguit. Quod si quis rideat huiusmodi excusationes, respōdeo potius illos esse ridiculos, qui sibi sumunt uirgulam censoriam in alienos libros, quum nesciant dispicere, unde profectus sermo, quō tendat & quid agat, uidelicet affueti cōclusionibus corollarīs & impertinentibus.

¶ 12 Et hunc locum quidam exagitarunt, quasi notet ecclesiam quæ festis diebus inuitet ad ocium & luxum. In quo bis halucinantur, primum non animaduertunt me illic agere de ferijs priuato affectu inductis, nō publica ecclesiæ autoritate cōstitutis. Deinde quū addo, Vt nunc sunt mores, non damno ferias, sed hominum uicia bonis rebus utentium male.

¶ 13 Vide quām abhorream ab omni seditione. Illas ipsas ferias causis parum idoneis institutas, nolo laicorum temeritate rejici, sed episcoporum iudicio abrogari, ne populus assuescat episcoporum autoritatem

ritatem cōtemnere. Idem accuratius ago
numero 15

Hic locus quibusdam uisus est durior,
sed nihil asseuero. Ecclesiæ inquam, pa-
stores mihi uidetur recte facturi. Episco-
pis suam defero autoritatem, & adiūcio
conditionem necessitatis, si res inquam
urgeat. Si dixerint hic uiolari obedienti-
am, obsecro quæ futura sit uiolatio si res
geratur episcoporum permisso: Dicent
nullū esse opus charitatis in proximum
tam excellens cui debeat cedere actus la-
triæ. Male igitur nos docuit Christus re-
ctè asinum tolli è puto, aut iumentū sol-
ui & duci ad aquam die sabbato. Nā hęc
objicit dominus Pharisæis, haudquaquam
obiecturus, si id fieret perperam. Nullus
enim aliquid ut recte factum tuetur, alie-
no peccato. Iam orare aut cōtemplari li-
cet etiam domi, licet & inter operādum,
Actus latrīæ interdū differri potest, quū
proximi egestas nō patiatur dilationem.
Postremo qui interfuit sacro & concio-
ni, huic non defuit oportunitas tollendi
animum in deum: tantum illas horas im-
pendit necessitati suorum, quas alijs com-
potatio-

potationibus, aut lusibus impendūt. Fortassis occident hic illud Bernardi, quod nusquam non occinūt: ingratum esse spiritui sancto quicquid offertur, eo prætermisso quod debebatur. Itane astare missæ, & audire cantiones debet spiritui sancto, & subuenire liberis & uxori fame periclitantibus nō debetur. Spiritus charitas est, ut quicq; charitati coniunctius est, hoc magis debetur spiritui sancto.

15. Vide ut ubiq; seruo præpositis suam autoritatē & excludo populares tumultus, in abrogandis ijs constitutionibus, quas licet recte inductas, tamen ob mutantem temporum conditionem expedit antiquari. si quis dicat eas spiritus afflatus inductas, primum non obligor ad credendum omnes omnium episcoporum constitutiones peculiari spiritus afflatus proditas. sed demus esse, quod pro temporū ratione spiritus uoluit statui, quoniam sic expediebat ecclesiæ, hoc idē spiritus uult abrogari in utilitatē ecclesiæ. Sed ad ecclesiæ spiritusq; sancti nomen nimium frequenter configiunt Theologi quum hærent in causa, ad scripturas magis

magis erat confugiendum.

Dicent hoc non competere nisi in hæreticos. Si de haereticis sensisse, non dissempliæ & cœgrius. Nam illi simpliciter damnabant, coiugium Manichei, digamia Tertulianus: at Hieronymus orthodoxus quū ait, matrimonium non dic bonum nisi conditione deterioris, & rogat quale bonū hoc sit, quod impedit puram deprecationem. Gregorius quū excludit maritum à templo, qui noctu contigerit uxorem, quod existimet eam uoluptatem nō uacare culpa: cum prisci canones submouēt à sacris ordinibus, qui baptizatus repetiuerit coniugium, aut qui licet imprudēs, corruptam duxerit: quū presbyteris prohibēt ne intersint nuptijs digamorum, quod digamus egeat pœnitētia, eoq; cū illis, ne orare quidē presbyterum conueniat. Huc enim pertinet primum caput synodi Laodicensis, indicēs illis aliquot dierum ieunium ac preces, arcensq; à cōmunione ad tempus, etiam si palam ac legitime contrixerint matrimonium. Quod autem Paulus præcepit de episcopo, ut sit unius uxorius vir, Inno centius

centius primus pertraxit ad omnes clericos, quū hodie clericis uulgaribus liceat uel decimā uxorem ducere . Item quum pluribus anni diebus interdicunt usum coniugij, nōne ægre permittunt coniugium? Permittunt tamen, sed uelut iniūti, quando ad id quod optimum iudicant non queunt perducere.

17 Vbi nunc sunt, qui clamant me dampnare constitutionem ecclesiæ Romanae de cœlibatu sacerdotū? Aio rem ortam ex insigni putatatis amore, huic accessisse pontificum constitutionem, rem sanctam autoritate sua comprobantem.

18 Hoc coniunctim est legendum, neque enim queror simpliciter, quod constitutionem de cœlibatu nolint relaxare, sed quod quū hīc tam rigidi sint, in recipiēdis quibuslibet ad sacros ordines nulla adhibetur cura . Veluti qui taxat hominum uulgas, quod studiose curēt corpora, neglectis animis, non damnat curam corporum, sed alterum sine altero damnat. Necq; enim hæc eo pertinent, ut damnem constitutionem de cœlibatu, sed ut ostendam esse iuris humani, ac posse abro-

abrogari, duntaxat de initiandis.

Præfigit legem, qui præcipit. Constat 19
 autem uirginitatem & continentiam il/
 lo tempore non fuisse præcepti, sed con/
 silij tantum. Eam libertatem nūc quibus/
 dam ademit obligatio uoti. De quo du/
 plex est disputatio, an possit relaxari, &
 an debeat. Illud constat, pontificem aut
 episcopum posse pronūciare, uotum ad/
 actum, aut temere suscepsum, nō esse uo/
 tum. Nec desunt clari doctores, qui pro/
 nunciant nullum esse uotum, quod non
 debeat cedere charitatis legibus.

Sunt qui negant piām cōstitutionem 20
 esse mutandam, nisi mutetur in id quod
 per se melius est. Errant igitur qui leges
 hominū comparant medicorū reme/
 dijs. Melius erat noctu uigilare in canti/
 cis spiritualibus quām dormire, melius
 ac perfectius erat ieiunos totū diem ua/
 care rebus diuinis, & post solis occasum
 refectiunculā sobriā dare corpusculo, q̄
 ad saturitatē & ultra prādere in meridie,
 & uesperi rursus sumere collationē, hoc
 est dimidiata cœnā. quod si haec mutata
 sunt ab episcopis, uel ob imbecillitatem
 hominū

hominum, uel ob prauitatem bonis institutis male utentium, quid uerat idē fieri in hac constitutione? Objicient uotum. Meus sermo potest intelligi de ordinandis. Quanquam arbitror hanc esse potestatem ecclesiæ, ut ob graues causas relaxet hoc uotum. Certe potest ab ordinandis non exigere uotum.

21 An non hic palam improbo quorūdā temeritatem, qui citra ullam autoritatē ducunt uxores, & alios ad idē nō hortantur tantum, sed & compellunt, quasi impium sit non habere uxores. Quid igitur frontis habent, qui clamant me autore ista fieri quæ fieri uidemus? Rursus nihil asseuero, tantum admoneo ecclesiæ proceres, ut dispiciant num expedit.

22 Vide ut primum non concedo coniugium sine autoritate pontificum. Deinde etiam si cōcedatur ab illis, moneo ne leuiter inuoluant se matrimonio, sed magis omnia faciant ut caste uiuāt. Adhac, fateor maxime optandum, ut sacerdos liber à coniugio totus seruat dño. Addo magnam cōtinentiæ partem esse bonam uoluntatem, notans illos, qui ducūt uxores

res non coacti uiolentia carnis, sed uelle
uitate, uel in contemptum cōstitutionis.
Quælo num hæc uerba sunt cōiugium
præferentis continentiae? Nec his cōten-
tus, addo; ut qui ex permisso pontificum
duixerint uxores, hanc infirmitatem su-
am compensent reliqua uitæ integrita-
te, pījscz studijs.

Si ieiunia indicta sunt ad maceratio-
nem carnis & subleuationem spiritus,
quid opus est quēquam certis diebus ad
id compellere, quod ipse perpetuo facit
sua sponte? Semper excipio scandalum,
& contemptū: nec simpliciter nego esse
opus, sed non admodum esse. Quod si
tales fuissent omnes, nunquam ecclesia
indixisset ieiunia, nisi forte pro re nata
ad placandam iram numinis.

An non hic palām testor me nō patro-
cinari his qui sedītiosa temeritate uiolat
constitutiones de ieiunijs & ciborū dele-
ctu? Temere uiolant, qui sine grauibus
causis: sedītiose, qui palām & cōtumaci-
ter. Sed damno præposterū quorundam
iudicium, qui quod leuius est, atrocius
infectantur.

25. Iudaismum appello, non impietatem
Iudaicam horum temporum, sed anxias
rerum externarum obseruationes. Nec
damno pontifices, qui receperunt diffe-
rentias escarum, sed de vulgi iudicio lo-
quor, negligentis quod est præcipuum,
superstitiosi in eo quod est accessorium.
Christianos dico, non episcopos; nec di-
co receptum, sed tantopere receptū, no-
tans immodicam curam præ cæteris.
26. Quosdam offendit hoc uerbum one-
rantur: non onerantur, inquiunt, sed sub-
leuantur. Atqui Petrus in actis præscri-
ptiones legis de rebus similibus appellat
onus importabile, quum tamen non om-
nes illæ, licet à deo præscriptæ, obligaret
ad poenam gehennæ: & nō est onus tot
indici ieunia, tot carnium, ouorū, lacta-
riorum, intestinorū & pinguium discrī-
mina, cum interminatione damnationis
æternæ: Clamabant parochi, sed cōnive-
bant Theologi, qui nunc quoq; tandem
proferunt mysterium, pontificias indul-
gentias non prodesse defunctis, nisi per
modum suffragij, nec quæquam esse cer-
tū, quod per eas anima libera sit ab igne
purga

purgatorio. Præterea quod solus Christus potest largiri plenariam relaxationem culpæ & poenæ. Sed hæc erant prædicanda ante annos quadraginta, quum uiderent tantam pecuniarum uim hisce colligi nundinis ex omnibus regionibz, quum uideret redemptores & commissarios præcipere angelis dei, ut animam pro qua numeratū esset, deferrent in cœlum. Alioqui onerantur & per occasioñem, dum pleriqz imperiti putat sese ad seiunium obligatos, quos pōtificum amicus ac mens legis noluit esse obligatos. Postremo non uno in loco Ioannes Ger sonensis de similibus tractans cōstitutionibus, utitur onerandi & grauandi, uerbo. queriturqz suave illud Christi iugum hominum præscriptus fieri graue, profiteens esse difficillimum inter tot laqueos incidentem nō alicubi capi, & huiusmodi præscriptionibus hominum immodi cis impediri cursum charitatis. Hic mihi uenit in mētem Theologi cuiusdam cōmentum, quo nititur excusare turbā huiusmodi cōstitutionum. Quoniā inquit, plura exiguntur a Christianis, opus erat

k 2 pluriv

pluribus constitutionibus. Maiora exi-
guntur uerius quam plura, sed omissa uer-
bi controuersia, quare plura exiguntur.
Quia uberior collata est gratia. Quo pa-
cto? Quoniam aucta fides, ad aucta chari-
tas. Audio duas alas præcipuas. Sed an
ideo pluribus uehiculis est opus, quia
creuerunt alæ, & cui creuit neruorum ui-
gor, huic ad cursum sunt iniçienda uin-
cula. Idem aiunt cōstitutiones Iudaicas
de cibis ex diametro pugnare cum Chri-
stianorum præscriptis. Illi abstinebat ue-
lut ab immundis natura, nos quærimus
apta sobrietati. At uerisimile non est Iu-
daeos uere pios iudicasse eos cibos sic fu-
isse natura immūdos, ut inquinarent ue-
scenis conscientiam, sed abstinebat tan-
quam ab inconcessis à deo. Sed plerique
Iudæorum sic erant affecti. Fateor, Nec
pauci Christiani ad eundem modum affe-
cti sunt. Quod si ciborum discrimen ad-
hibitum est ad temperādam ingluuiem,
nam morale præceptum est, & omnia il-
la ad nos transire debebant. Quanquam
& circuncisio putatur adhibita ad mode-
randam in coitu pruriginem. Sed ecclē-
sia sem-

Si semper studuit ab omni specie Iudaica procul abesse. Proinde ut inter Mosai ca præscripta , & nostras constitutiones de ieunijs & eduliorū generibus sit aliquod discriminē, non parua tamen est affinitas, tantum abest, ut inter se pugnent ex diametro. Tantum de inuidia uerbi.

Hic particula disiunctiua, liberat auctoritatem maiorum. Et quū dico maiorum magis designo episcopos quam publicā ecclesiæ autoritatem . Imo quæ subiūcio magna ex parte pertinet ad peculiarem consuetudinem huius aut illius populi.

Postremo hæc ipsa, undecimq; nata, nō 28
damno simpliciter, sed aīo frigere si conferantur ad ea quæ docuit Christus, deploroq; quod in illis simus penè superstitioni, in his supini & oscitantes. Nūc qui dam docent ecclesiæ uigorem in tribus esse sicutum, in missa, in ieunijs, & cōtinētia sacerdotum. Sunt ista quidem præclara, sed ecclesiæ uigorem arbitror potissimum consistere in fide, spe, & charitate, & in his quæ tam uiuide docet Christus Matthæi Cap. 5.

Ecce non damno quod exigantur, sed 29
k 3 quod

quod tam morose, cū lenes simus in his
quæ magis ad rem pertinent. Dicent cæ-
tera uitia non perinde esse in propatulo.
Imo quis castigat die festo temulētum?
Quis hærentem scortor? Quis ludentem
aleam? Non conuenit inquiunt, ut si qui
cessant in puniendis his aut illis deliciis,
debeant & in alijs dormitare. Nec usquā
hoc postulo. Sed quid peccat, qui notat
præposterum quorundā iudicium. Nam
si recte iudicarent, nō fæuissent in leuicu-
lis ultra modū, in grauioribus connuen-
tes. Qui gustauit ouū trahitur in carce-
rem, cogiturq; de hæresi causam dicere,
qui totum diem dominicum vacat temu-
lētiæ, scortis, & aleæ, audit bellus homo.

¶ Aiunt hoc sermone Pauli nō damnari
cōstitutiones de ieunijs, aut eduliorū di-
scrimine: nec hoc doceo, sed colligo ex
his Pauli verbis, multo minus tribuendū
exterritis illis, quam internæ pietati, quā
vulgaris Christianorū hūc ordinē iuertat.

¶ Quæ sequuntur nō pertinent ad suggil-
lationē constitutionū, sed ad hominū ui-
cia, bonas leges uertentiū in malos mo-
res. Etenim quā ecclesia certos cibos in-
terdicat

terdicat, quod admodū uegetāt corpus, oportuit Christianos ab omnib. abstinerre, quæ hoc idem efficiunt, etiam si lege non exprimantur. Atqui hoc nec seruat, nec quisquam admonet multitudinem.

Rursus non assevero, sed aio, fortasse 32 tollendū, admonitoris officio fungēs, iudicium ecclesiæ proceribus deferens. Respondent legem ea recensere, quæ vulgo sunt in usu. At cochleis ī Italia nihil uulgatus, uelut & testudinibus et colubris; palmulis & fīcīs nihil apud nos usitatis, nec lacrie amygdalino uarie cōditō. omittō nūc nullum aromatiēn, uina exotica, ceruissam ex melle coctam, quā Medonem appellant. Atq; hæc sunt eius generis, ut non esurientem ad edendū, non sūtientem ad bibendum prouocēt. Inter incōmoda, erat & illud cōmemorādum, quod in calidis regionib. corpora uix ferunt esum carniū, & parciore cibo alunt, & minus offendunt inedia, uelut in Aegypto, Græcia, & magna Italiae parte. Et tamen ab illis regionibus uenerūt nobis huiusmodi præscriptiones.

Hic denuo est grauādū uerbum, quod 33

non ferunt aures quorundā. Verum hoc
grauamen non tribuit constitutioni, sed
hominum opinioni, qui putat huiusmo/
di leges in tanta rerū inæqualitate omni
bus esse æquales, quum non fuerit hæc
mens constituentiū: qui quū nominatim
excipiāt multos ab onere legis, & eos ex
ceptos esse voluerūt, quibus adsunt simi
les aliquæ causæ, tātū ne quis imponat si
bi. In hac sentētia fuit Ioannes Gersonen
sis. Id porro sensisse me, declarāt hæc uer
ba, quām multos grauet lex omnibus. ut
putant, æqualis. Qui dicit ut putant, non
rem notat, sed opinionē. Hic respondent
quidam constitutionem non esse usque
adeo rigidam, ut non laxetur si quæ cau
se id suadeāt: uelut in regionibus ubi nō
est olei copia, permittitur usus butyri &
casei. At ego uidi quū agerem Louanijs,
episcopo permittente, ut ob oleū quod
tum ferebatur adferri uitiatum, quadra/
gesimæ diebus qui uellent uesperentur
Lactarijs, parochos iussos id denunciare
populo, recusasse, uixq; anathematis in/
terminatione potuisse cōpelli, ut indica/
rent. Iam qui cōtendunt in huiusmodi re
bus nis-

bus nihil prorsus admixtum Iudaicæ superstitutionis, nec ullum cibū haberi pro immūdo tantum eum prescribī, qui minus facit ad saginam; illud expediant uelim, quur certis diebus interdicitur caseus, quālibet siccus: an quia nimiū adfert nutrimenti, & Venerem incitat? Originem inquiunt, habent à carne. Hic igitur uidetur notata species, non tantum que sita sobrietas. Iam qui ollas frangunt, cul tellos defricant, breuiter omnia uel abiciunt, uel purgant, quæ cōtacta sunt carnisibus, nihil habent Iudaismi. Quāquam hoc nihil ad cōstitutionē, fateor, sed qui in hisce rebus maxime sunt anxij, mirū quām in grauibus delictis suis indulgent affectibus. Conuiciantur, calumnian tur, ulciscuntur, fraudant, furant, & horrend cultrum aut ollam carnes olentem.

Me uero notare non constitutiones, 34
sed hominū mores, paulo post fit diluci dius, quū aio: Denique eò rediere mores hominum, ut ista tantū grauenſ eos, quo rum gratia nō admodū sunt iſtituta, &c.

Hic apertius eloquor, constitutiones 35
quidem esse rectas, & ad pietatē æditas,

k sed

sed quæstum esse in causa, ut nūc laquei
sint irretiendis pecunij. Utinā hic mihi
iure possit obijci uanitas.

56 Hic adeo non damno pontificum con-
stitutiones, ut ingenue fatear eas fuisse
necessarias, nec rursus damno relaxatio-
nem: sed quales hodie passim fiunt, nec
ego probo, nec quisquā syncere mentis.

57 Disputaturus quatenus obligēt huma-
næ constitutiones testor me nihil asseve-
rare, sed tantum inquirere, idz sub iudic-
ce episcopo docto & integro. Nec hic
causari possunt, hoc argumentū eius esse
generis, ut nefas sit uocare in disquisitio-
nem. Factum est à sanctissimis uiris pari-
terz doctissimis, quibus uisum est huma-
nam constitutionem neminem astringe-
re ad pœnam, nisi accedat contemptus,
aut ingens scandalum. Negat ea quæ re-
cte instituta sunt, diutinoz comprobata
usu,phas reuocare in integrū. Audirem,
nisi uideremus tam multa abrogata quæ
synodorum etiam autoritate fuerunt de-
creta. Si quis requirat, quæ sint ista re-
cte instituta, sed hominum moribus anti-
quata, Inter apostolorum canones habe-
tur, &

tur, & recitatur dist. 88. c. Episcopus aut
sacerdos: Si q̄s episcopus, presbyter, aut
diaconus curas seculares admiserit, de/
ponat. Atq; ibi inter seculares curas cō/
memoratur tūstio testamētorum, in apo/
stolorum canonibus commemoratur fi/
deiuissio. At nunc quid receptius, quām
presbyteros esse nobilium virorū ac fœ/
minarum cōeconomos? Et prīncipes per
quos magis agūt sua negocia quām per
sacerdotes? Taceo nunc de prophana di/
tione, quam hodie tenent & ambiūt epi/
scopi, abbates, præpositi, & decani. Et di/
cuntur ornare ecclesiam dei, tantū abest
ut deponātur. Atqui hæc cōstitutio non
est quorumlibet hominum, sed apostoli
Pauli. Nemo militans deo, &c. Quid au/
tem abrogatius, quām quod ex ihsdē ca/
nonibus refertur de cōfērat. dist. 1. c. O/
mnes fideles: ut fideles qui ad audiēdas
scripturas cōueniunt in ecclesiā, nec per
seuerant in precatione, nec sanctam com/
munionem percipiunt, cōmunionē pri/
uentur. Quæ uero hic cōmīniscitur glos/
sa, de superstitione ac tēpore debito, fri/
uola sunt. Olim initio recitabātur sacrae
literæ

literæ, psalmus, epistola, & Euangelium, post hæc fiebat deprecationis, cuius præcipua erat dominica, post hanc fiebat communio. Ad sacram lectionem & concionem admittebantur etiam nondum baptizati, à sacris precibus & cōmunione arcebantur. Cōmunio autem finis erat missæ. Vbi uestigium Carthaginēsis decreti ne quid recitetur in templis præter canonicā scripturā: ut præcipit Cap. 24. Atqui idem præcipit synodus Laodicensis. Ad idem facit synodi Chalcedonēsis Cap. 7. Vbi nunc eius sanctissimi decreti obseruatio: Vbi decretū concilij Chalcedonensis, ut si quis interueni pecunia fuerit ordinatus, & is qui receptus est à dignitate deijsiāt, & is qui pecunia corruptus ordinavit: Vbi tam multæ tā terribiles cōstitutiones anathematis fulmē minitātes Simoniacis, aut immunitates ecclesiarum uiolatibus, aut bona eorum occupantibus, aut eligendi libertatē impudentibus: Vbi constitutio quæ iubet episcopum aleæ, temulentiae deditū, damnari, hoc est anathemate percuti, nisi desinat: Vbi constitutio synodi Neocæsariensis,

sariensis, ne quis ante trigesimū annum presbyter ordinetur, quamlibet aliás idoneus: Vbi nūc anathema quod synodus Gangrensis torquet in filios qui parētes etiā ethnicos deserūt sub p̄textu religiōnis, quū hodie summa sanctitas habeat fieri nōnā aut monachū inuitis ac deseritis parentibus: Vbi decretū cōcilij Lao dicensis anathemate feriēs eos, qui colūt angelos, quasi tales committant idololatriam: Vbi decretum synodi Africanæ, ne Romanus episcopus appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tātum primæ sedis episcopus: Atqui id citat in libro Decretorum dist. 99. c. primæ sedis episcopus. Vbi constitutio uetans ne presbyteri & diaconi sedeant in spectaculis, quum Romæ Cardinales & ipse pontifex ex more exhibeant Tauræ, nō multum abhorreūtia à gladiatorum paribus: Vbi Gelasij papæ decretum, ne quis cuiū impariat baptīsmi sacramentum, nisi in die Paschæ & Pentecostes, nisi morbus mortem minitetur: Vbi cōstitutio Gregorij minitans reiectionem presbyteris qui

qui canunt in ecclesia? Vbi cōstitutione uel
tans ne quis ambitionis gratia trāseat ad
aliam ecclesiam? Vbi cōstitutiones pro-
hibētes sacerdottorū pluralitatem? Vbi
quas commemorat Ioannes Gersonen-
sis, in tractatu de defectu ecclesiastico?
Vbi lex de ieiunio diei Veneris & sab/
bati? Vbi de ieiunio per totū aduentum
īndicto sacerdotibus: ubi de interdicto
carnium esu per totam quinquagesimā
hebdomadē? Sed ego iueptus qui quę
numero carent, enumerare pergo. Quā
has aliasq; innumerās uideamus uel an-
tiquatas, uel improbatas, putamus colla-
pluram ecclesiam, si tollatur escarum di-
scretio.

38 Annotādum & illud, à me toties excū-
pi, offendiculum & contemptum.

39 Hic sermo argumentantis est & inqui-
rentis quemadmodū antea testatus sum.
Nec hac disputatione queritur an ponti-
fices habeant ius statuendi, an habeant
ius obligandi, sed quo usque possint suos
obstringere. Iam nonnullum discriminem
est inter summum pontificem & episco-
pos, inter episcopos & abbates, inter
unius

unius pontificis instituta, & synodorum decreta, rursus differt synodus prouincialis ab oecumenica, recens ab antiqua.

Vide lector, ut toties deprecor asseverantis periculum toties iudicium alij de fero, nec pudet quosdam subinde inclamare, Erasmus censet, Erasmus uult.

Hanc sententiam habet Ioannes Ger sonus in libro De uita animæ spirituali, quam tamen ego hic nec probo, nec refello. Ius ferendæ legis ijs, qui legitima potestate prædicti sunt nequaquam adimo, modo sit utilis, æqua, cæterasq; circumstantias habeat, quæ in lege requiruntur. Tantum de modo obligandi querimus. Quod si non pendet, nec à uoluntate legem ferentis, nec ab animo consuetudinem inducentium, non recte faciunt qui testantur se nolle quenquam suis constitutionibus ad ullam culpam astringere, sed tantum ad pœnam externam: minus autem recte faciunt, qui persuadent sibi subditis, omnes quamlibet humanas constitutions obligare ad peccatum gehenna dignum, & qui quarumlibet constitutionū uiolatori denunciāt æternā pœnā,

quum

quum, ut docent quidam, sit in arbitrio
dei, quam gratius aut leuiter uelit acci-
pere constitutionis humanæ transgressio-
nem. Quid autem ille uelit, nobis igno-
rum est, & incertus erit transgressor, leta-
liter an uenialiter deliquerit. Quod si mo-
dus culpæ sumitur iuxta rationem mate-
riæ, cæterasq; circumstātias, difficultimum
sit expedire, quanti momenti sint ista. Et
tamen scire fuerit operæ p̄cium. Nam
hæc sententia mihi uidetur uero propior.
Sed interim disquirēdum, an eduliorum
discretio per se sit materia sufficiens ad
obligandum ad crimen. Hoc enim senti-
re uidentur, qui docēt nos simpliciter ex
ipsa constitutione obligari ad gehennæ
pœnam. Ea sententia meo quidem iudic-
cio durior est, præsertim quum canonis
ca scriptura uix ullā præbeat huius con-
stitutionis ansam, quumq; in his quæ ri-
gide præcipit scriptura non semper ge-
hennæ pœnā incurrat transgressor. Lex
diuina morte minatur filijs, qui non obe-
dierint parentibus suis; & tamen si pater
imperet filio, ut repurget ungues, idq; fi-
lius neglexerit, non arbitror teneri pœ-
na ge-

IN PRÆCEDENT. EPIS. 101
nā gehennæ. Ciborum autem delectus,
neque cuiquam est magnopere utilis,
nec ad salutem necessarius. Sunt enim
alij modi temperandæ luxuriantis alimo-
niæ. Et qui maxime depugnant pro hac
constitutione, fatentur nō quemuis uio-
latorem huius constitutionis peccare ca-
pitaliter, sed eum tantum qui temere, cō/
tumaciter, aut cum graui fratrī offendit/
culo uescitur. Idem quū ego in hoc ipso
libello non semel fatear, quorūsum attine-
bat tot machinis meam oppugnare sen-
tentiam? Gangrensis synodus pronun-
ciat anathema in eos, qui ieiunia ab ec-
clesia præscripta & custodita dissoluūt;
sed addit, absq; corporis necessitate; nec
hoc satis, addit superbiendo, hoc est con-
tumaciter. Quāquam ea constitutio pro-
prie loqui uidetur de ijs qui profelli fune-
cōtinentiam, quod in luxu difficultissimum
sit tueri pudicitiam. Anathema inquit;
non infligitur nisi ob crimen letale. Lar-
giamur esse in confesso, quod est contro-
uersum, non infligitur anathema ob so-
lutum ieiunium, sed ob temere contumac-

citerq; solutum. Quanquam nescio quid
sentiendum sit de tot patrum anathema/
tibus. Iam video quosdam esse , qui non
ignorent quibuslibet hominum præce/
ptis non obligari nos ad pœnam gehen/
næ , sed non expedit inquiunt, aperire ri/
mā ad uicia pronis , utilis est hic metus,
licet uanus ad cohibendam licentiam.
Itane deus eget mendacio nostro ad sa/
ludem humani generis ? Multi neglige/
rent preces horarias, si scirent absq; capi/
tali culpa posse prætermitti . Idem fieret
de audienda missa diebus festis , de ieiu/
nijs ac ciborum discriminē . Sed quanta
interim anxietas in̄jicitur infirmis ac me/
ticulosis mentibus , quām multi in his
prætermittentes aliquid aut aliud pro/
alio sumentes, ob hoc ipsum peccant ca/
pitaliter, quia persuasum habent esse cri/
men capitale quod faciunt. Et tamen ui/
demus hoc plurimorum esse studium, ut
persuadeat subditis omnes humanas co/
stitutiones episcoporum, abbatum, prio/
rum, patrū, matrum, obstringere ad po/
nam gehennæ , Quid est extinguere lib/
erta/

bertatem spiritus si hoc non est; Episco-
pi conducticij, quum dant primam rasu-
ram, prescribunt ut qui accipit, singulis
diebus dicat officium de uirgine matre.
At maxima pars hominum hoc præscri-
ptum uiolat, cauteriatam circumferens
conscientiam. Evidem non paulo re-
tius existimem amplecti Lutheri do-
gma quam talem persuasionem. Quod
si constitutio uelit nolit autor, obligat
subditum ad culpam, nec est illi in manu
quatenus obliget, idem fortasse dici po-
test de exhortatione & admonitione, si
quis exhortetur ad id quod facit ad pie-
tatem ac bonos mores. De consilio nūc
non agam. Nec de ea exhortatione quæ
adhibetur in re præcepti diuini: ueluti
Paulus & Petrus exhortandi & obse-
crandi uerbis utuntur aliquoties in his,
quæ sine nefario scelere negligi nō pos-
sunt: sed de ea quæ sit in ijs rebus quæ ci-
tra culpam fieri possent, nisi intercede-
ret humana constitutio. Quidam illud
adferunt, Qui uos audit, me audit, &c.
Et obedite præpositis uestris, &c. At ea

sententia, nisi circunscribatur, conduce-
ret ad tyrannidem. Rursum alij sic colli-
gunt, Dominus iussit orare, nec præscri-
psit certum tempus aut preces, quod igit
tur hic addunt præpositi, diuinī iuris est.
Et hæc oratio eget circumscriptione: po-
test enim esse immodicum quod præ-
scribitur, & fieri potest ut præscriban-
tur preces minus idoneæ. Tale est si episcopus
præcipiat ieunium diebus do-
minicis aut alternis diebus per totum an-
num, aut si nihil permittat, nisi panem
& aquam.

42 Nec hic asseuero, loquor autem non
de futili & humana, sed de maliciosa ob-
treccatione, quæ species est homicidij &
genus rapinæ, furtiue. Os enim calum-
niatoris quod mentitur, occidit quod
quidem in ipso est animam eius quem
traducit: & qui famam bonā eripit pro-
ximo, possessionem omnium preciosissi-
mam eripit.

43 Vide ut ubique submoueam tumul-
tus inordinatos, ac primatibus ecclesiæ
suam autoritatem fartam teclam esse ue-
lim

lim. Malis quoque parendum censeo,
etiam si grauia præscribant, modo ne im-
pia. Quo magis demiror quamobrem
hæc epistola quosdam theologos tanto-
pere offenderit. Magis oportebat eos of-
fendi, quos theologi pro hereticis habent.

Ab hoc loco reuerenter episcopos ad
moneo uicissim sui officij, posteaquam
professus sum illis esse tantum autorita-
tis, ut etiam iniqua, hoc est molesta præ-
scribentes tolerari uelim. Quæ uox hic
est seditionem aut rebellionem spirans;

Sunt qui hic uociferentur, uniuersam 45
ecclesiæ disciplinam collapsuram, nisi
constitutio obliget ad peccatum gehen-
næ, ac neminem omnino ieunaturum,
si tollatur obligatio minax æterni sup-
plicij. Qui hoc dicunt mihi uidentur ma-
le sentire de mortalium ingenij. Nec
animaduertunt ieunij ac deprecatio-
nem nunquam magis in ecclesia floruiſ-
ſe, quam quum nulla esset humana præ-
scriptio, præsertim sic minitatis. Quod
autem ijdem contendunt in huiusmodi
obseruationibus consuetudinem ortam

ex constitutione , non contrà, id nequa/ quam est uerisimile, præsertim de discre/ tione ciborum , deque multis similibus. Vbi consuetudo uiget, quid opus est le/ ger? Nam lex opponitur ceu repagulum refrigescenti bona consuetudini . Quid autem decedit constitutioni , si secun/ dum aut tertium locum obtineat ordine temporis?

46 Vide lector, quām nihil asseuero , sed aio, uidendum est an, idē sub conditio/ ne si, si . Nec uoco in deliberationem an constitutiones de iejunījs, & discretione ciborum sint abiiciendae aut negligēdæ, sed an tantopore pro eis digladiandum. An non hodie acrius digladiamur de gū statis ouis & carnībus , quām de incesto aut adulterio?

47 Hic locus quosdam uehemēter offendit. Atqui non excuso eos, qui cōtra cō/ stitutionem maiorum temere carnībus uescuntur , sed eos noto qui tam graui/ ter offenduntur in re per se non nefaria, quām in his quāe uetus dominus nihil commoueamur.

Negat

Negant his apostoli uerbis damnari 48
cōstitutiones pontificum de eduliorum
discrimine. Nec hoc sentio. Alioquin
ipse mecum pugnarem. Huc tamen ua/
let argumentum, ut doceam rem nō esse
diuinæ prohibitionis, sed humanæ. Necq;
nego fuisse Christianos, qui temperarēt
à uino, qui leguminibus & holusculis ui/
titarent, sed sponte. Nō arbitror autem
Paulum id temporis passurum fuisse, si
quis de ouīs, lactarijs, carnibus pingui &
intestinis prodidisset leges, quæ nūc pro/
ditæ sunt, seu quia non erat necesse, seu
quia res uidebatur affinis Iudæorum ab/
stinentiæ. Quantopere uero Christiani
abhorruerint ab omni specie Iudaismi,
non tantum ætate Pauli, uerum etiam
post quadringentos annos, testatur ora/
tiones Ioānis Chrysostomi aduersus Ju/
dæos. Testatur decretum Ancyranæ sy/
nodi, quod iubet ut si presbyter aut dia/
conus cōperiatur abstinere à carnibus,
tanquam de hæresi suspectus iubeatur
eas gustare. Id si recusarit, ac ne holera
quidem unā cū carnibus cocta sustineat

comedere, ab ordinis honore summa
ueatur. Nihil igitur aliud hic ago, quām
ut scandalum cum scandalo conferam,
doceamque tum reclamatum offensis,
quum grauiores ac iustiores essent of-
fensionis causæ; nunc foueri etiam quo-
rundam hominum superstitionem, qui
ob esum damnant proximum, quum ne-
sciant quo animo uescatur, ex necessita-
te ac permissu, an ex contemptu.

49 Hinc evidentissimum est me non que-
ri de his quibus displicet temeritas per-
cōtumaciam uescientium, sed de his qui
proximum necessario uescētem sic hor-
rent, quasi enecarit hominem. Scio id
non facere uiros spiritualiter eruditos,
sed tamen talium plenus ubiqz est mun-
dus, quorum superstitioni subducenda
esset materia,

50 Hic quibusdam videor innuere ponti-
fices impie uiuentes nihil agere quum
ordinant aut præcipiunt. Sed res longe
secus habet. Quid igitur queror? Illud
queror, in rebus tanti momenti nullam
haberi rationem scandali, si nō omnino
iustis

iustis, certe grauibus de causis sumptū,
uel datī potius, quum in rebus multo le-
uioris momenti sic indulgeatur scandal-
io uel superstitioni uerius infirmorum.

Hic locus uidetur omnium durissi-
mus, quum reuera nihil sit, quod opor-
teat quenquam offendere. Hoc enim uo-
tum clamant impium, qui sibi persuase-
runt uniuersam ecclesiæ disciplinam in-
talibus obseruatiunculis consistere, eisq;
sublatis semel collapsuram. Non opto ut
tollantur ieunia, ciborum simplicitas,
aliisque huius generis quæ cupio quam
maxime uigere in ecclesia; sed opto tolli
præscriptionem episcoporum, aut certe
talium rerum rigidam exactiōnē. Quan-
quam hic potissimum ago de delectu
escarum. Nemo citatur ab episcopo si
cœnat: at si in quadragesima uescitur car-
ne ouilla, pertrahitur in carcere, & pe-
riclitatur de hæresi. Hanc appello exac-
tiōnem. Ne id quidem opto, nisi hac le-
ge, ut concessa libertas in rebus, quæ per
se nec piū faciunt, nec impium, non
pertatur in licentiam luxus, sed in stu-

I s dium

dium acrius ueræ internæque pietatis.
Ac rursum Iudaismum appello, non ex
crabilem illius gentis impietatem, ut
quidam calumniose interpretantur, sed
externarum rerum anxiam obserua-
tionem.

52 Quoniam autem sciebam esse, qui pu-
tant imperitæ rudique multitudini hu-
iustmodi constitutiones prorsus esse ne-
cessarias, tempore uotum meum, & o-
pto primum ut sint pauciores constitu-
tiones: deinde nolim sic eas proponi, ut
populus credat se protinus excidisse à
dei gratia, si quid tale per incogitantiam
præterierit. Postremò nolim his tantum
tribui, ut præ his negligantur ea quæ
propius spectant ad Euangelicam pie-
tatem. Denique si quid horum videbi-
tur abrogandum ob causas supra dictas,
suadeo tamen uitandam omnem sedi-
tionem ac tumultum. Quanquam ne hoc
ipsum quidem fieri uolo, nisi uel autoris-
tate maiorum, uel connuentia, quæ tac-
ta est relaxatio. Quod genus est, consti-
tutio uerat ne quis quem absoluat, cui
non

non sit credita cura animarum. Sed in quibusdam regionibus promiscue sacerdos sacerdoti confitetur. Ad id quoniam sciens connuet episcopus, iudicatur a sentiri. Sic ubi passim omnes uescerentur quibuslibet, nec pontifice, nec episcopis reclamantibus, uideri posset tacita constitutionis relaxatio. Quod si tantum ualet consuetudo, ut antiquare potuerit sexti septimiq; diei ieunium, etiamsi non sit uniuersalis, sed uel regionis, uel ciuitatis, uideri potest ieunium ubique antiquatum. Cœnatur enim à plerisque, nec episcopi reclamant, nisi pecet in genere cibi. Apud Anglos laici cœnant alternis diebus in quadragesima, nec quisquam offenditur. Et ex hoc loco si quis detruncet fragmenta, eaquæ proponat odiose, nonne graues excitat tragœdias; Erasmus uult tolli pontificum constitutiones de ieunijs & abstinentia carnium aliásque huius generis omnes. O uotum impium, sed pium erit si addas quod à me additum est. Vult his minimum tribui, sed addit potius quam

quām ut ob hæc negligantur ea sine quibus nulla est pietas. Vocat ea nullius pene momenti, sed addit per se, & negletis his quæ sunt præcipua. An hoc est docere Lutheranum? Imo si his mortuis paruissent Euangelici, sic enim appellari postulant, non hæc opinor, tempestas in orbe nata fuisset. Si id admouuisse, ut Christiani abstinerent, ab ebrietate, crapula, & alea, dixissent piam admonitionem. Sed illa peccata sunt præcedentia ad iudicium, & ut Paulino uerbo utar, *αντιποιετάσθαι*. Hic sub prætextu religionis latet præcipua religionis peccatis, & admonitio uidetur uel impia uel superflua,

53 Ceremonias appello externas observationes, Iudaicis non multum dissimiles, nec ideo tamen simpliciter improbandas. Quibusdam hic videor dare ceremonias: primum non de omnibus loquor, nec has de quibus loquor damno simpliciter, sed periculum indico quod hinc imminet, id autem est triplex. Primum ne si fuerint huiusmodi præscriptio-

scriptiones immodicæ, obruant uigorem Euangelici spiritus. Deinde ne his fidentes nobisq; placentes pro pijs euadamus pharisaici. Postremò ne ob hæc aspernemur fratrem, ipsi grauioribus malis obnoxij.

Hic quidam uociferant mihi dolore, quod die Veneris abstinemus à carnis in honorem dominicæ passionis, sed calumniose. Progressum damno non initium. Si tantum permittamus consuetudini, ut ob eiusmodi causas fiat illictum uesti carnibus, quod die Veneris dominus crucifixus sit, sabbato dormierit in sepulchro, die Mercurij uenditus sit, atque item de cæteris, nullo die licet coenare, uel uti carnibus. Die Iouis ascendit in cœlum suisq; carnis præsentiam subduxit, pium est & nos nobis carnium esum subtrahere. Die Mercurij uenditum est uerbum caro factum, æcum est nihil carnium è macello mercari: consimiliter de reliquis diebus probabiliter dici potest. Nullus est dies, in quo dominus non aliquid adorabile gesserit

serit. Ac res quæ prius erat priuatæ pietatis abiit in publicam consuetudinem, consuetudo in legem obligantem, oblitatio in contemptum, contemptus in impietatem: aut contraria metus in superstitionem, superstitio in confidentiam, confidentia in contumeliam, contumelia in discordiam, discordia in exitium religionis. Dicent hæc mala non digni ex ipsis constitutionibus, aut ceremonijs, sed ex hominū uicio. Id equidem haud inficias eo. Sed ob hanc causam fortassis expediret quicquid est huius generis, parcus adhiberi, eaque magis inculcari Christianis, quæ propius pertinent ad Euangelicam pietatem. Pie quidem cogitat, qui secum ita loquitur: Dies Veneris est, hodie dominus pro me peperdit in cruce. Ego uicissim pro illo abstinebo a carnis uoluptatibus, sed mortificabo ipso donante mundanos affectus. Hodie dominus meus orauit pro crucifigentibus & conuiciantibus. Ego uicissim in gratiam illius dabo ueniā inimicis meis, nec ab illis exigam talionem. Dies Iouis est.

est, hodie dominus corpus & sanguinem suum tradidit discipulis suis. Conabor ut merear esse de numero discipulorum illius, nec patiar egenos illius membra esse immunes à cibo potuque meo. Item hodie dominus ascendit in cœlum, illuc transferam spem meam, ut nihil habens terreni possim illum sequi. Dies sabbati est, hodie dominus quietuit in sepulchro. Utinam extinctis prauis cupiditatibus, cum illo requiescam, in spe futuræ resurrectionis. Dies dominicus est, hodie Christus resurrexit, nunquam moriturus. Utinam det, ut cum illo resurgam in nouitatem uitæ, nec unquam relabar in pristina uicia. Aut hodie dominus misit spiritum sanctum. Purgabo mentis domicilium, si forte merear tales hospitem recipere. Ad eundem modum de cæteris philosophari licet, ne siam longior. Hæc si populo diligenter inculcarentur ab his qui sentirent quod loquerentur, aut ego fallor, aut uideremus aliud Christianorum genus, Olim monachi mirificam opinionem

nem sanctimoniae sibi comparabant ex
vīgilījs, chameunijs, saccophorijs, le-
guminibus, hydropotījs, iejunijs inter-
dum in septimum aut decimum produ-
ctis diem, adeo ut quemadmodum ha-
bet historia, uermes scaterent ē dentibus
eorum. At idem si quando uocabantur
ad episcopi munus, in quo ferenda erant
improborum conuicia, in quo præstan-
dus Euangelici spiritus uigor, sic exas-
perabantur, ut nulli magis essent fu-
riosi. Refert hoc Chrysostomus in ope-
re De sacerdotio.

55 Toties testor me non patrocinarī con-
tumaciter & insolenter uiolantibus hoc
genus constitutiones, & tamen dīcor ha-
rum rerum magister quas expresse da-
mno.

56 Nec hic damno constitutiones, sed su-
perstitionem eorum, qui uel sine causa,
uel sine modo offenduntur, itaq; pertur-
bant Christianam concordiam, iudican-
tes & obrectantes proximo. Mihi usū
uenit, ut die quodam cum amicis re-
direm à uespertina deambulatiuncula:
erat

erat autem iter per cœmteriū, in cuius
medio stabat signū crucifixi. Intentus fa-
bulis, præteriens nō aperui caput. Vidit
hoc theologus quidā, ac multis præsentī
bus affirmauit me esse Luteranum, quasi
sentirē nō adorandas imagines, quum id
temporis ne cogitarē quidē de ulla ima-
gine. Ille nō ignouit mihi, quod neglexe-
rim aperire caput ligneæ statuæ, & ipse
sibi ignouit, quod domi palam aleret in-
gens scortū censu ecclesiastico, ac paupe-
rum sanguine. Rem hūdā refero, nec lo-
cū indicans nec personam, né quis pos-
sit offendī. Et huiusmodi ferē sunt om-
nes, qui sanctimoniam ceremonijs meti-
untur. Queritur hoc Ioannes Gersonen-
sis, uir alioqui sic pius, ut alicubi supersti-
tioni uicinus, à nōnullis grauius puniti
ceremoniā prætermissam quam blasphemā.

Quanta stupiditas est eorū qui (miā, 57
loēū hunc incessunt, quasi uelim paro-
chos episcoporū constitutiones uertere
in exhortationes, nec attendunt, me ad-
didisse ex autoritate præfulum. Ea si ac-
cesserit, quid est quod uociferantur, imo
quid nō pie dictum est? Sunt heu nimis
m̄ multi

multi rudiores quam ut hec norint Christiane dicere, malintque clamare, iejunandum sub poena gehennæ. Tales opinor opraret omnes homines uerti in asinos, quod his facilius sit imperare quam homines gubernare. Addam illud ex superfluo, si sacerdotes sobrie uiueret crebro, que iejunarent, ac populum assidue flagranter docerent quantum utilitatem adferat iejunium cum pietatis studio coiunctum, & huc paternis monitishortarentur, longe plures hodie iejunarent uolentes, quam nunc iejunant lege coacti. Multoque pauciores coenarent cum bona conscientia, quam nunc coenant cum mala. Rursus in prandis quoque maior est frugalitas, in quibus nunc plerique sic distendunt uentrem, ut etiam si uellent coenare non possint. Postremo nostra inedia non augeret arcum numariam, sed subleuaret tenuium egestatem.

FINIS.

IN ELENCHVM

ALBERTI PII BREVI^S,
simascholia per Erasmū Rot.



ON possum non totis in-
dolescere præcordijs, quo-
ties mecum reproto, quod
maliciæ degenerauerint
Christianorū mores. Iam
enim pietas si deo placet, haberi studet,
manifestis calumnijs ac mendacijs scur-
tilibusq; conuitijs proximum apud im-
peritum uulgas traducere, & res omniū
sceleratissima, rei omnium optimæ fuso
tegitur, nempe religionis. Nec minima
ueneni pars inditur titulis & indicibus
quod eos pleriq; solos legunt. Quis sata-
nas hoc artificium inspirauit mentibus
eorum, qui sanctimoniq; magistri uolunt
haberi? Ad Alberti Piij calumnias nulla
dignas responione, paucis tamē respon-
di, ob nominis celebritatem. Verum in-
dex post ad me missus est: qui cuius sit,
nec scio, nec scire refert: sed quisquis fuit
autor, insincero animo rē gessit. Id quo-

m 2 magis

IN ELENCHVM ALB. PII

magis liqueat, pauca enotauimus. Quā magna uoluminis pars pugnet cum Lutero tamē primus titulus in frontispicio libri tantum præfert nomen Erasmi. Habes primū specimen Christianæ mentis.

A.

- 1 Abrahæ opera & sabbatorum sanctificationem nō rectè scribit Erasmus: illa ab Apostolo, hanc à domino uilipendi.
- 1 R. Pro sabbato usus est plausibili uoce, sabbatorū sanctificatione, quo res sit inuidiosior. & pro contemnit mitiore uerbo, posuit odiosius, uilipendit. Rectè cōtemnimus aliquid comparatione melioris, quod tamen non uilipendimus.
- 2 Abrahæ opera nusquam reprehendit Apostolus, ut iterū sed apertius probat.
- 2 R. Error gignit errorem, quasi ego dixerim opera Abrahæ à deo reprehensa. Sed ea in rationem iusticiæ apud Paulū deus non imputat, hoc est quodammodo contemnere, minoris facere.
- 3 Aldum Manutium, quia sepius grammaticam ædidit, ingrato animo taxat Erasmus.
- 3 R. Non taxo, sed quod mihi narrauit ipse,

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

ipse, loco refert Moria, uidelicet quod nouies scripsit grammaticam. Nec hoc in illius uituperium. Quod attinet ad ingratisudinem longe plus mihi debuit Althus, quam ego illi. Locus Moriæ innoxius detorquetur ad calumniam, sed dissimilatur, quod illum tot locis, plenis (ut aiunt) tibijs prædico, præsertim in proverbio: Festina lente.

Ambitio non semper cum peccato fit,
nec fuit in Maria uirgine. 4

R. Quasi ego sacratissimæ Virgini tribuerim uitiosam ambitionem. Indico quid alij tribuerint. Nec illis tamen assentior.

Anathemata ab episcopis lata & excommunicationes ridet Eras. 5

R. Hic mihi uide lector non solum maliciam uerum etiam prudentiam hominis. Moria ludit in anathemata quæ iuxta morem Italoru, suspenduntur in temporibus pleraque cerea. Hic notat rideri episcoporum excommunicationes, tota abertrans uia.

Annatas, quas uocant, exigi, & grauamina multa ecclesiæ Christi fieri a summo pontifice improbe querit Erasmus. 6

m 3 cum

IN ELENCHVM ALB. PII

cum se res longe secus habeat.

6 R. Non queror ipse, nec enim me gravant; sed dico audiri aliorum querimonias, quod & uetus est nec obscurum. An iustæ sint, alij uiderint.

7 Apostolos & Euangelistas nihil protrulisse aut scripsisse memoria lapsos.

7 R. Nec id unquam scripsi aut sensi, & tamen fieri potuisse scribit Augustinus, ac propemodum factum putat.

8 Apostolum Paulum nihil in scripturis torsisse, nullaq; uafricie usum, nec contra quam sentiret quicquam elocutum.

8 R. Atqui hoc frequenter cōmonstrat Chrysostomus ac Hieronymus, atq; etiam Ambrosius. Nec mirum si hoc fecit Apostolus accommodans se hominum captui, quum idem fecerit Christus. Nec hoc est mentientis, sed dispensantis.

9 Nec usum uafricie in Athenienses cū diceret se uidisse aram ignoto deo inscriptam.

9 R. De hoc cum Hieronymo litiget, nō mecum. Ego magnum ecclesiæ doctorem sequutus sum.

10 Argumentis contra generationē imarginum

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

ginū ab Erasmo factis, respondet Pius,

R. Nusquam hoc improbat Erasmus, 10
sed ridet cultum superstitionis.

Argumenta Erasmi quibus deum & 11
non sanctos inuocandos contendit, dilu-
untur à Pio.

R. Nea hoc usquā contendit Erasmus, 12
licet existimet perfectius & scripturis
congruentius omnia petere à Christo.

Argumenta probantia mendacium of-
ficiosum licere, & solutiones eorundē.

R. Mendacium officiosum nunquam 12
in Christianis laudaui pro uirtute. Et
mendacium accipio large, ut complecta-
tur etiam simulationem ac dissimulatio-
nem, quæ sit factis aut uerbis non intel-
lectiis.

Arma inuasiva ut gladios, tela, bom- 13
bardas &c. episcopis habere licet benè
eis utentibus.

R. Quid nō? Licet illis & in bello cade- 13
re, quod accidit aliquot episcopis Leo-
diensibus & Traiectensibus.

Arrianā hæresim falso definiuit Eras- 14
mus factionem & schisma potius dicens/
dam quam hæresim, falso & dicit eius de/
m 4 fensorū

IN ELENCHVM ALB. PII
fensorum numerum cattholicorum nu-
mero fuisse parem, & eloquentia ac do-
ctrina superiorem.

- 14 R. Vtrumq; uerum est, Alterū fatetur
Chrysostomus, alterū scribit Hierony-
m⁹. Ideo factioñē appello q̄ res fauorib.
& armis principum ageretur, potius q̄
scripturis, nec adhuc opinor alteram par-
tem alteri satis intellectam.
- 15 Artium liberalium professores nomi-
ne logodædalorum ridet in Moria Eras-
mus.
- 15 R. Obsecro quid conuicij est in logodæ-
dalis, quod sonat sermonis artifices. Mi-
rum autem si Moria ludens appellat lo-
godædalos, quū Virgilius appellet Cir-
cen deam Dædalam.
- 16 Augustino falso impingit Eras. quod
duas habuerit concubinas; impudenter
etiam quod habuerat adhuc Ethnicus u-
nam; quia Christianus factus & episco-
pus caste uixit.
- 16 R. Hic simpliciter delirat ἐλεγχογράφος
una cum Pio. Augustinus ipse libro con-
fessionum 6. Cap. 16. narrat sibi fuisse du-
as concubinas ante baptismum, quarum
prior

SCHOLIA PER ERAS. R. O.

prior ex qua susceperebat filium, astrinxit
se uoto continentiae, post baptismum quis
nescit illum uixisse castissime? Sed adhe-
sit unicæ. Nec mirum, seruauit enim co-
cubinæ fidem coniugalem, ut ipse nar-
rat. Sed hac ut dixi discedente adiun-
xit sibi altera. Ita ne falsum est, quod Au-
gustinus ipse de se prædicat? Sed expri-
mendum erat, quod habuit adhuc ethnici-
cus. Quasi hoc sit cuiquam obscurum. At
honoris gratia consopiendum erat. Qui
consopiendum, quod ipse libris editis nul-
li uoluit esse ignotum.

Aulicos ridet Erasmus.

17

R. Non Erasmus sed Moria. Quid su-
perest nisi ut omnes aulici lapident Era-
sum?

17

B.

Beatitudo æterna nulli debetur ex co-
digno ob opera bona, sed ex liberalitate
dei ob præmia operibus bonis ab eo pro-
missa.

R. Atqui hoc strenue pernegat Bed.
da.

18

Bellum à Christianis iuste suscipi in
Turcas contra Erasmus probat.

m 5 R. Non

19

IN ELENCHVM ALB. PII

19 R. Non contra Erasmū, qui nusquam
hoc affírmat, si modo bellū iustis de cau-
sis luscipiatur & iustis rationibus gera-
tur. Id enim temere susceptū uoco, quod
secus luscipit. Quis inquit Pius teme-
re luscipit bellum? Quis in mari quæsi-
uit aquam? Probabilius dixisset, Quis ri-
te luscipit bellum?

C.

20 Cœlibatum postponit Erasmus matri-
monio, censetq; abrogandum, & matri-
monium sacerdotibus admittendum.

21 R. Nusquā hoc simpliciter docet Eras-
mus, sed alicubi dubitat, utrum tolerabi-
lius sit, permettere sacerdotibus ac mo-
nachis uxores, quām habere tot impu-
ros cœlibes. Nec censeo abrogandum,
sed propono ecclesiæ proceribus dispici-
endum, utrum sit tolerabilius eis permit-
tere coniugium, an tantam spurciciæ ler-
nam perpeti-

22 Cœlibatus obseruandi lex īs qui in
maioribus sunt ordinibus constituti nō
est abroganda, nec male constituta, licet
utrumq; dicat Erasmus.

23 R. Ethoc geminum mendacium est.

Imo

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

Imo fateor pro tempore recte institutū,
de abrogando defero iudicium ecclesiæ.

Cantum perfractū quem discantū uocant,
non magnopere in templis probat
Pius.

R. At hūc ualde probat sodalitas Sorbonica. Vide censorum concordiam.

Charitas ubi sit, nulla opus esse lege, ut Erasmus afferit, fallsum est.

R. Sed hoc uerissimum esse uisum est sanctissimis doctissimisq; viris. Nec neget id Thomas Aquinas doctor scholasticus, quantū ad uim coactiuam, nō directiuam, alijs uerbis docens idem quod ueteres quos ego sequutus sum.

Christum stultos semper probasse & religionum institutores stultos fuisse, & similia per derisum dicit Erasmus.

R. Moria non Erasmus, nec illa tam impie loquitur, quam hic Sycophanta. Paulus ait, Quę stulta sunt mundi elegit deus. Item quod stultum est dei, sapiens tius est hominibus. Distingue stulticię genus, & pie loquuta est Moria.

Christo quare stulti impense placuerunt meminit cū Christi irrisione, quasi &

IN ELENCHVM ALB. PI.

& ipse stultus fuerit.

25 R. Irridere Christum, tui similiūm est
impudens Sycophanta. Et Christus mū
do fuit stultissimus.

26 Christus non est passus discipulos su
os ad tempus errare, putantes ipsum
Christum nescire ut ignorant cæteri ho
mines quando dies iudicij futura esset,
quod tamen afferuit Erasmus.

26 R. Verissimum est quod afferuit Eras.
non hic tantum. Christum autem igno
rasse diem ut ignorant cæteri homines,
nunquam somniauit Erasmus, sed hoc
de suo adiecit Pius, quo locus esset calu
mniae.

27 Christum nō rectè dicit Erasmus arca
no quodam consilio Proteum quendam
repræsentare uarietate uitæ atq; doctri
næ, cum eo nihil sit simplicius.

27 R. Sic & Paulus erat simplex, & tamē
omnia factus est omnibus, nimírum ex
emplo Christi. Hęc uarietas non pugnat
cum animi simplicitate.

28 Christi quia sīnt omnia, nulla est Tur
cis hostibus eius iusta possessio.

28 R. Quin igitur mox diripiimus omnia?
Hic

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

Hic etiam moriens dat inauspicata cō
silia.

Confessioni auriculari & occultae sa/ 28
cerdoti factæ detrahit Erasmus.

R. Mendacitū est, imo docet, quomo/ 28
do illa recte fiat utrinq.

Confessionē auricularē nō fuisse tem/ 30
poribus B. Hieronymi male dicit Eras.

R. Nec fuit qualis nunc est. Nullā fuis/ 30
se nusquam dicit Erasmus.

Constitutiones ecclesiasticas quibus 31
uerbis uilipendat Erasmus.

Constitutionum & legum ecclesiasti/ 32
carū multæ sunt species. Et ideo indecen
ter pari censura omnes taxat Erasmus.

R. Vtrumq; falsissimū est. Nec enim 31 32
spernit ceremonias ab ecclesia receptas,
nec omnes damnat indistincte, sed alicu
bi manifeste probat. Fiduciam in his &
superstitionem notat.

Si uero ad quæstū plus faciunt quam 33
ad Christi gloriā, id ex præfectorū eccl/
esiæ abusu accidit, nec id probat ipse Pi?.

R. Atqui tales modo notat Erasmus, 33
quem carpit Pius.

Constitutiones nouæ cū antiquis non 34
pugnant.

IN ELENCHVM ALB. PII

pugnant.

34 R. De quibusdam fateor esse uerum,
de plurimis nego.

35 Cōstitutionibus humanis totam Chri-
stianorum uitam onerari nemo probet,
licet id Erasmus fieri innuat.

36 R. Imo' applaudūt omnes quibus hinc
quæstus est, aut tyrannis, & queruntur
omnes qui uere diligunt domum dei.

36 Consuetudines probatas & ritus ac ce-
remonias ecclesiæ ridet Erasmus.

36 R. Manifestum mendacium, quum il-
lic Erasmus notet nundinas indulgentia-
tias, quas nec theologi probant.

37 Continentiæ perpetuæ difficultatem
non rectè legi de cœlibatu obijcit Eras-
mus.

37 R. Quasi omnis cœlebs sit castus. Aut
quasi rem tam facilem multi seruent.

38 Continentiæ perpetuæ conseruandæ
difficultatem profitetur Pius.

38 R. Verum eam negat Bedda, Iodocus
tamen arduum facinus uocat.

D.

39 Detraxisse se nomini Erasmico apud
patres purpuratos Romæ pernegat.

R. Atqui

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

R. Atqui multorum literis hoc habui 39.
compertum. Sed ille inficiatur omnia.

Dialecticos & dialecticen ridet. 40.

R. O piaculum. Deferatur Moria in 40
Laturnias.

Disciplinas liberales suggillat Eras. 41.

R. Imo Moria, lapidet itaque uenefica. 41

Dispensatio ecclesiæ in uotis nō soleū 42.
nibus rite fit ob causas positas.

R. Atqui pontifex dispensat in soleū/
nibus, & id recte fieri docent iureconsul-
ti ac theologi quidam, quorū est Card.
Caietanus. Et multorum iudicio pie fa-
cit pontifex, si qui pueri aut adolescen-
tes, ui, metu, aut technis inducti sunt in
uitæ genus, parum accommodum, eos
in integrum restituit.

Divitias habere licet ecclesiasticis. 43.

R. Qui ni? Croeseis ampliores, ad orna- 45
mentum ecclesiæ. Alias nequaquam.

Diuortium utrum alia quam fornica-
tionis causa fieri possit, ita ut dimissa al-
teri nubat ut Erasmus asserit.

R. Falsum est, nusquam hoc asserit 44.
Erasmus, tantum disputat iudicium de-
terens ecclesiæ.

Domini

IN ELENCHVM ALB. PIY

- 45 Domini nō inepte uacantur papa, episcopi & cæteri ecclesiastum præfeci.
- 45 R. Etiam reges regū. At Hieronymus ait. Sciāt se sacerdotes esse nō dominos.
- 46 Donaria templorum improbat Eras.
- 46 R. Mentitur Elenchus, sed superstitionis tantum notat Moria.
- 47 Dorpīo licet eum prius nō nouerit bene precatur Pius, quod Erasmus fortiter admonuerit.
- 47 R. Sic nunc monachorū greges bene precantur Pijs manib⁹, quod fortiter debacchatus sit in Erasmū. Sed Dorpius rediit in gratiā, Pius Sycophantijs immortuus est. E.
- 48 Ecclesiasticas ceremonias licet probatas ridet Erasmus.
- 48 R. Hoc mendacium semel posuisse sat erat, quemadmodum & sequens.
- 49 Eleemosynam fraudari episcoporum luxu in canibus, auibus, satellitibus & similibus pascendis iustius querereſ. Eras. quām in templis ornandis & extruēdis.
- 49 R. Extrui templa, ubi necesse est, eaq; decenti ac moderato cultu ornari, nūc improbat Eras. sed calumnias elenchus. Episcopos

SCHOLIA PER ERAS. R.O.T.

Episcopos & pontifices inique taxat, 50
quod sensu abundant.

R. Utinam omnes abundant sensu, po- 50
tiusquam censu, ac semel tantum lapsus
sit Elenchus.

Episcoporum & aliorum antistitū eccl. 51
clesiae potestatem deprimit Erasmus.

R. Non deprimit, sed quorundam uicia 51
deplorat intactis bonis.

Episcopus licet mali & turpes sint, nō 52
sunt tamen impudenter ac temere ab ho-
mine priuato, qualis est Eras. fugilandi.

R. Nō temere nec impudenter, carpit 52
eos subinde Hieronymus eque priuatus
atq; Erasmus. Idem facit in hoc opere Pi-
us, bis priuatus & ipse. Qui in genere lo-
quitur uicia taxat non homines.

Erasmi excusationem, si dixerit se ad 53
Luterum expugnandum imparē habe-
re uires, improbat, cum tam impium &
stolidum sit illius dogma.

R. Facillimum erat diluere, si ille reci- 53
peret dogmata scholaistica, & decretales
constitutiones, & cameræ leges. Sed in
re tam facili, parum feliciter uersatus est
Pius, homo supra hominē doctus, quem

n tamen

IN ELENCHVM ALB. PII.

tamē nemo Luteranorum dignatus est
ullo responso.

54 Erasmi scripta si probauit papa, nō ob-
fensum, sed propter elegantiam id fecit.

54 R. Impudens. Imo` pontifex expressit
causam quare probaret: ibi de sermonis
elegantia nulla mētio, sed de utilitate rei
Christianæ.

55 Erasmū non noscentes theologi multi
agnouerunt eum cū Lutero colludere.

55 R. Non agnouerūt, sed aut somniarūt,
aut id falso iactātibus crediderūt. Quām
colluserimus testantur æditi utrīc̄q; li-
bri, testatur & admirabilis benevolentia
qua me illius amici prosequuntur

56 Erasmus non rectè dicit si admonitus
fuisset officio suo functurū fuisse, cum se-
pe etiā à papa admonitus id nō fecerit.

56 R. Et hoc manifestum mendaciū est.

57 Eras. in Luterū proprie scripsit nihil.

57 R. Bella rima ad elabendū, è manifesto
mēdacō. Nec Pius quicq; scripsit in illū
proprie, & tamē prostrauit Gigantem.

58 Erasmi contra imaginem sanctorū cul-
tum uerba, & eorum reprehensio.

58 R. Nō reprehendit cultus, sed supersti-
tio. Erasmi

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

Erasmi de nouitijis theologis & theo- 59
logia qua nunc utuntur, detractoria uerba.

R. Nemo pius detrahit theologiæ scholæ 59
laisticæ, sed quorundam mores & curiosi-
tæ questiones notantur. Ante annos cen-
tum Ioannes Gerson, questus est theolo-
giam redactam ad sophisticam, quid di-
sturus si nunc uiueret?

Erasmi de summi pontificis potestate 60
diminuenda uerba.

R. Nō de potestate legitima à Christo 60
tradita, sed de usurpata tyrannide quo-

Erasmi quæ uisa sit Pio tan- (rundā. 61
ti in Romanum pontificem odij causa.

R. Miser, quis odit pontificem? Quo- 61
rundam mores oderūt omnes, qui Chri-
sti sponsam ex animo diligunt.

Erasmi de uotorum irritatione uerba. 62

R. Imo dicit uota uulgaria nō suscipie- 62
da, aut si temere suscepta fuerint, irritan-

Erasmi uerba inter se pugnantia. (da. 63

R. Nō pugnant, sed Pius intellexit per- 63
peram. Nam stimulus carnis nō erat ten-
tatio libidinū sed afflictio, qua Paulus un-

Excusationē Erasmi (dig̃ tundebat, 64
de impie in Moria dictis nō recipit Pius.

IN ELENCHVM ALB. PII

64 R. Nihil impie dixit Moria. Quid aut recipit Pius, cui propositum erat in Erasmo calumniari omnia.

F.

65 Fallere non semper est peccatum.

65 R. Quur ergo offendit q̄ aio Christū in quibusdā fefellisse discípulos ad tēp9?

66 Funeralia & quæ in funeribus Christianorum fiunt omnia ridet Erasmus.

66 R. Legat dialogū qui uolet, & comperiet hæc omnia esse falsa. Sacerdotum quæstū illīc noto, qui & sepulchri locū. & strepitū campanarū & preces suas uendunt. G.

67 Gratia dei præsto fuit Paulo apostolo ad seruandū eū à lapsu in peccatum carnis, licet illi nō abstulerit stimulū carnis.

67 R. Rursus somniat Paulum fuisse tentatum de libidine turpi, quasi caro, in sa- cris litteris nihil declaret nisi coitum.

H.

68 Hominū uitam, quam non nisi fabulā censet, taxat uniuersam Erasmus.

68 R. Moria fabulam appellat nō sermonem anilem, sed actionē argumenti, ex varijs personis constantē, hoc est comoediā.

SCHOLIA PER ERAS. RÖT.

diam, quæ rectè speculū dicitur humānū
uitæ. Prodigium uero, si Moria dicit uit
tam humanam esse fabulam, quū toties
ecclesiastes clamet, Vitam humanam &
quicquid in ea geritur esse uanitatem ua
nitatum. Bona autē esset fabula, si suas
quisq; partes decenter ageret.

Hieronymum falso sugillat Erasmus. 69

R. Imo illuc petulantissime debacchat 69
Pius, cū sua matula. Quasi theologi, nūc
nō multa rejiciat ab Hieronymo tradita.

Hieronymo irreuerenter, & falso uir 70
ginitatem detrahit.

R. Qui falso, quum ipse fateatur: Nec 70
id uno in loco. I.

Ieiunium & ciborum delectū ab Eras
mo irrisum, commendat Pius. 72

R. Ieiunia Christiana nunquam uerbo 72
taxat Erasmus. De delectu ciborū dispu
tat, nō tamen irridet, nisi accedat super
stitione. Pius putat omne ieiunium conuer
ti cum abstinentia carnium.

Imagines sanctorū uenerari licet, con 73
uenit, decet, & expedit.

R. Quanta sollicitudo de ueneratione 73
imaginū, quum uix explicari possit, quō

IN ELENCHVM ALB. PI

ueneratio congruat rei inanimæ.

- 74 Imaginē formare & colere quia nō licuit Iudæis, male argumentat Erasmus, non licere itidem Christianis.
- 74 R. Nusq̄ ita colligit Erasmus. Et si colligeret, non esset absurdā collectio.
- 75 Iuslurandū omne tanq̄ à Christo prohibitum Erasmus Christianis non licere perperam docet.
- 75 R. Simpliciter nō licere, nusquā docet Eras. sed negat inter perfectos locū esse iuri iurando. Christū prohibuisse omne iuslurandū in confessio est. Nodus aut à diuersis uarie soluitur, L.
- 76 Legi nos obnoxios esse, q̄ negat Eras. declarat quomodo uerū sit Pius ex uerbis Apostoli de lege circuncisionis.
- 76 R. Obnoxius est, qui metu pœnæ facit, quod præscribit lex. At Christiani uerū aguntur spiritu libertatis non metu.
- 77 Libros circuntulisse Apostolos non est uerisimile.
- 77 R. Atqui hoc de Paulo cōstat, & quid periculi si idem de ceteris credamus, qui Aristoteles & Auerroes nō circunferebant, q̄ nūc faciūt Franciscani quidā obseruantiae

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

seruantiae titulo uendibiles.

Linguarum pluriū scientia nō est theo⁷⁸
logo necessaria licet sēpe conducat.

R. Sed Aristotelis philosophia necessaria⁷⁸
scilicet. Atqui Linguarū peritiam ne-
cessariam esse docent uel tot theologorū
Iapsus nō aliunde proficiscentes, quām
ex linguarū inscritia. M.

Mariæ præconijs derogat Erasmus. 79

R. Non derogant, qui non tribuunt,⁷⁹
quæ non congruunt.

Maria nō colitur à pijs impensius aut⁸⁰
ultra quām decet. Nec inepte canit eius
laus sub uesperam. (notat Eras.

R. Non à pijs, sed à superstitionis quos⁸¹
Purgat ea quæ Erasmus ex Chrysosto-
mo & Augustino Mariæ obijcit.

R. Nō obijcit Eras. Marię, sed aliorū ser-⁸¹
mones recitat, nec illis tamē assentitur.

Marię q̄ Christus in nuptijs respon-⁸²
dit, nullam habuit acerbitatem.

R. Nec hoc usquam dixit Erasmus, sed⁸²
ait responsum esse parum blandum. Am-
brosius increpationem appellat, Chryso-
stomus admotionem ne postea simile
quid tentaret.

IN ELENCHVM ALB. PII

- 83 Matrimoniū tempore Hieronymi nō fuisse receptū inter ecclesiæ sacramenta, & ipsum dirimi posse, nō sola fornicatiōnis causa, ita ut post diuortiū alteri cuili bet nubere liceat, afferit Erasmus.
- 83 R. Alterum probabile est, alterum falsum est. Nusquam hoc afferit Erasmus, sed excutiendum proponit.
- 84 Matrimonium uirginitati præferendū esse argumentatur Erasmus.
- 84 R. Argumentat, sed in ficto themate, & circumstantijs inuoluto, At coniugium simpliciter anteponendum uirginitati spontaneæ amore pietatis suscepit nusquam somniauit Erasmus.
- 85 Matrimoniū nō prohibuissent prisci patres Christiani etiam si Paulus ipsum nō cōmendasset cum dominus ipse illud satis commendarit & approbarit.
- 85 R. Etiam uaticinatur. Atqui Paulus testatur tales exorituros, nec mentitus est.
- 86 Matrimoniū solo cōsensu cōtrahi posse ut censet ecclesia calumniat Erasmus.
- 86 R. Non calumniatur, sed disputat. Nec quiuis cōsensus, legitimus cōsensus est.
- 87 Mendaciū leue aut officiosum nō esse peccatum

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

peccatum contendit Erasmus ut scripta
eius indicant.

R. Ne id quidē usquā docet Erasmus. 87
Fallere factis dictis ue eos qui digni sūt,
nō est mendacium proprie acceptum.

Mercaturā & negociationē ridet Eras. 88

R. Moria nō Erasmus. Lapidetur illa. 89

Militia cū sit in cœlis, & Michaël cū 89
dracone illīc præliū nagnū gessisse lega-
tur, dominusq; ipse omnipotens, domi-
nus exercituū dicatur, patet militiam nō
dedecere principes Christianos, nec im-
proprie sunt militiæ nomina cœlestibus

R. Vtinam cū illo dracone (indita. 89
pugnant omnes & sacri & prophani.

R. Monachos & eorū uitam immodeste 90
& impie insectatur & sugillat Erasmus.

R. Vbi insectatur bonos? Quæ uero 90
impietas est malorum insectari uicia ut
corrigantur.

R. Monachorum acta & seuera instituta, 91
quasi uelut Essenos impie ridet & sugil-
lat Erasmus.

R. Esseni laudantur à Iosepho. 91

R. Monachos in uijs publicis offendit in 92
vehiculis & equis ac mulis taxat Eras.

n s R. Hoc

IN ELENCHVM ALB. PII

- 92 R. Hoc multis alijs bonis uiris displicet.
93 Monachorū cœnobitarū uitā & mores
& possessiones in cōmuni inique taxat.
94 Erasmus. Monachos & eorū professio
nem ab Erasmo damnari cōcludit Pius.
95,94,95 R. Vtrumq; falsissimū est. Velut & il
lud quod mox sequit. Monasticā uitā &
religionē professos suggillat Erasmus.
96 Monasteriorū esse modū inique censet
Erasmus in lib. de instit. principiis.
96 R. Etiam optimis in rebus modus opti
mus. Quicqd immodicū in uiciū ruit.

O.

- 97 Omittere uxorē propter fornicationē
unusquisq; potest, nemo tamen cogitur,
& ita nō tam dura est conditio coniugij,
ac eam censet Erasmus.
97 R. Atqui talis uisa est Apostolis in Euā
98 Opera cuiuscunq; bona tanq; (gelio.
seruorū sint inutilia existimat Erasmus.
98 R. Hoc manifestum mendaciū est. Do
ceo nos extenuare debere nostra bona
opera, ut deus illa magni faciat.
99 Opera bona digna sunt mercede, sed
nō salute æterna &c. sicut nec seruorum
bona opera meret ex cōdigno libertatē.

R. Contrarium

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

R. Contrarium docuit Natalis Beda. 99
Vide censorum concordiam.

Ornatum temporū Eras, inique taxat 100
ob baptisteria, candelabra, imagines
sanctorum, cantus, organa &c.

R. Imò hoc impie mentitur Elenchus. 100
Quidam in Colloquijs notat immodica
impendia cuiusdam monasterij, in quo
erant baptisteria aurea, altare argenteū
inauratu, candelabra aurea aliaq; innu-
mera. Nec cantum damno, nec organa si-
rite fiant.

P.

Papæ & episcoporum tituli, ut uocen- 101
tur domini, non sunt illis indigni.

R. At ut ante dixi secus uisum est Hie- 101
ronymo, qui admonet illos, ut se memi-
nerint sacerdotes non dominos.

Pisculentī dies quos moleste fert Eras. 102

R. Nec mirū, offendūt ualitudinē meā. 102
Nec hoc tamē dixit Eras. sed Epicureus
quispiā in Colloquijs, qui ibidē refellit.

Principū & præsulū mores deprava- 103
tos recenset per risum Erasmus.

R. Non Erasmus sed Moria. Et depravata 103
per risum corrigere ciuitas est.

Q.

IN ELENCHVM ALB. PII

Q.

104 Quæstiones theologicas inique taxat
Erasmus.

104 R. Fruolas aut superfluas duntaxat.

R.

105 Reges & principes & aulicos omnes
taxat Moria Erasmī.

105 R. Ofœminam petulantem. Amputes
tur illi lingua. Quanquam hic mentitur
Elenchus.

106 Religionem monachorum ridet,
eamq; factitiam uocat Erasmus.

106 R. Hic cū Pio delirat Elenchus. Non
enim ego sic eas appello, sed Beddā no/
to, qui hac uoce sit usus, qua theologi re/
centiores significant instituta uitæ ab
homínibus addita.

107 Romani pontificis sedes & potestas
impie uocatur ab Erasmo palliata Chri/
sti nomine tyrannis.

107 R. Potestas absq; scientia & pietate ty/
rannis est. Si nulli fuerunt tales pontifi/
ces, habet quod stomachetur. Vitia no/
tantur non potestas, quam solam esse nō
oportet. Sedes nusquā culpatur, de mul/
tis fessoribus alij multi questi sunt.

S.

SCHOLIA PER ERAS. R.O.T.

S.

Sacerdotes non omnes sunt episcopi,¹⁰⁸
nec unquam fuerunt.

R. Nec hoc dixi, quanquā docuit hoc¹⁰⁸
Hieronymus presbyteros eos appellās.
Postea distincti sūt presbyteri ab episco-
po, qui tum sacerdos appellabatur.

Sanctos diuersos, & in diuersis locis¹⁰⁹
ac pro diuersis, ac eisdē operibus implo-
rari ridet Erasmus.

R. Superstitionem in hisce rebus ridet¹⁰⁹
Moria.

Scripturarum sanctarū & earum scri-¹¹⁰
ptorum autoritati multū derogat Eras.

R. Multum hīc mentitur Elenchus.¹¹⁰

Sensui proprio nō licuit inniti Erasmo¹¹¹
contra Augustini & omnium theologo-
rum sententiam de mendacio.

R. Non dixi falsa, sed à sensu commu-¹¹¹
ni abhorrentia.

Sepeliendorum prophenorū in fanis¹¹²
communib[us] morem nō probat Pius.

R. Condemnat ergo publicam eccle-¹¹²
siæ consuetudinē, quod toties impingit
mihi.

T.

Templorū ornatū & funebres ceremo-¹¹³
niās

IN ELENCHVM ALB. PI

nias taxat Erasmus.

113 R. Verum, sed immodicas, aut superstitiosas.

114 Theologos à Christo delendos impie censet Erasmus.

114 R. Quero an nulli sint fuerintue monachi ac theologi tyrannicis moribus? Si sunt, ut sunt heu nimis multi, quid peccat, qui orat ut Christus populum suum à talium liberet tyrannide? Nec est necesse ut aboleantur à Christo, satis est si corriganter. V.

115 Venerationi sanctorum nihil nimium impenditur ab eorum cultoribus.

115 R. Utinam hic prædicaret uerum. Sed res palam reclamat.

116 Virginitatem & cœlibatū matrimonio postponit Erasmus.

116 R. Satis erat hoc mendacium semel recensuisse.

117 Vnum esse patrem, filium & spiritum sanctū non recte interpretatur Erasmus.

117 R. Imo rectissime, uidelicet natura & uoluntate.

118 Vota despicit & deridet Erasmus.

118 R. Falsum est, nisi intelligas de uotis perperam

SCHOLIA PER ERAS. ROT.

perperam susceptis.

Voto solemnī astric̄tus religioni non 119
potest per ecclesiam dispensari in ihs que
de substantia uoti sunt & pr̄cipua eius.

R. Contrariū docet Card: Caietanus, 119
& facit summus pontifex.

Vota sanctis fieri ridet. 120

R. Moria, si adsit superstitione. 120

Votum Hierosolymitanum impie irri 120
det Eras. & res sacras illuc habitas.

R. Aliquis dissuadet cuidam illud uo'
tū, ne suscipiat. Nec omnibus laudi dan/
dum currere Hierosolymam.

Voti solennis à simplici uoto discri/
men, quod tamen negat Erasmus. 122

R: Discrimē quod Thomas & alij ad/
ferunt, Scotus rejicit, quod ipse adfert,
nullius est momenti: quæratur aliud.

F I N I S.

In dilutione.

pag. 5. uers. 13. lege, sed dum aduersus
confictum &c.

pag. 41. uers. 4. scribe, suasorem. Item
uers. 9. existimante.

In officina Frob. M. D. XXXII.

L57962-E

TOE ZAKU RUT AIOKOT

qui non insigilat et scilicet hunc sicut et
supponit in libro quod est in libro regis David
autem regis David hoc est in libro regis David
etiam in libro regis David hoc est in libro regis David



FRO BEN.

et in libro regis David hoc est in libro regis David

et in libro regis David hoc est in libro regis David

et in libro regis David hoc est in libro regis David

et in libro regis David hoc est in libro regis David

et in libro regis David hoc est in libro regis David

et in libro regis David hoc est in libro regis David

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000
1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1089
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099
1099
1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1199
1200
1201
1202
1203
1204
1205
1206
1207
1208
1209
1209
1210
1211
1212
1213
1214
1215
1216
1217
1218
1219
1219
1220
1221
1222
1223
1224
1225
1226
1227
1228
1229
1229
1230
1231
1232
1233
1234
1235
1236
1237
1238
1239
1239
1240
1241
1242
1243
1244
1245
1246
1247
1248
1249
1249
1250
1251
1252
1253
1254
1255
1256
1257
1258
1259
1259
1260
1261
1262
1263
1264
1265
1266
1267
1268
1269
1269
1270
1271
1272
1273
1274
1275
1276
1277
1278
1279
1279
1280
1281
1282
1283
1284
1285
1286
1287
1288
1289
1289
1290
1291
1292
1293
1294
1295
1296
1297
1298
1299
1299
1300
1301
1302
1303
1304
1305
1306
1307
1308
1309
1309
1310
1311
1312
1313
1314
1315
1316
1317
1318
1319
1319
1320
1321
1322
1323
1324
1325
1326
1327
1328
1329
1329
1330
1331
1332
1333
1334
1335
1336
1337
1338
1339
1339
1340
1341
1342
1343
1344
1345
1346
1347
1348
1349
1349
1350
1351
1352
1353
1354
1355
1356
1357
1358
1359
1359
1360
1361
1362
1363
1364
1365
1366
1367
1368
1369
1369
1370
1371
1372
1373
1374
1375
1376
1377
1378
1379
1379
1380
1381
1382
1383
1384
1385
1386
1387
1388
1389
1389
1390
1391
1392
1393
1394
1395
1396
1397
1398
1399
1399
1400
1401
1402
1403
1404
1405
1406
1407
1408
1409
1409
1410
1411
1412
1413
1414
1415
1416
1417
1418
1419
1419
1420
1421
1422
1423
1424
1425
1426
1427
1428
1429
1429
1430
1431
1432
1433
1434
1435
1436
1437
1438
1439
1439
1440
1441
1442
1443
1444
1445
1446
1447
1448
1449
1449
1450
1451
1452
1453
1454
1455
1456
1457
1458
1459
1459
1460
1461
1462
1463
1464
1465
1466
1467
1468
1469
1469
1470
1471
1472
1473
1474
1475
1476
1477
1478
1479
1479
1480
1481
1482
1483
1484
1485
1486
1487
1488
1489
1489
1490
1491
1492
1493
1494
1495
1496
1497
1498
1499
1499
1500
1501
1502
1503
1504
1505
1506
1507
1508
1509
1509
1510
1511
1512
1513
1514
1515
1516
1517
1518
1519
1519
1520
1521
1522
1523
1524
1525
1526
1527
1528
1529
1529
1530
1531
1532
1533
1534
1535
1536
1537
1538
1539
1539
1540
1541
1542
1543
1544
1545
1546
1547
1548
1549
1549
1550
1551
1552
1553
1554
1555
1556
1557
1558
1559
1559
1560
1561
1562
1563
1564
1565
1566
1567
1568
1569
1569
1570
1571
1572
1573
1574
1575
1576
1577
1578
1579
1579
1580
1581
1582
1583
1584
1585
1586
1587
1588
1589
1589
1590
1591
1592
1593
1594
1595
1596
1597
1598
1599
1599
1600
1601
1602
1603
1604
1605
1606
1607
1608
1609
1609
1610
1611
1612
1613
1614
1615
1616
1617
1618
1619
1619
1620
1621
1622
1623
1624
1625
1626
1627
1628
1629
1629
1630
1631
1632
1633
1634
1635
1636
1637
1638
1639
1639
1640
1641
1642
1643
1644
1645
1646
1647
1648
1649
1649
1650
1651
1652
1653
1654
1655
1656
1657
1658
1659
1659
1660
1661
1662
1663
1664
1665
1666
1667
1668
1669
1669
1670
1671
1672
1673
1674
1675
1676
1677
1678
1679
1679
1680
1681
1682
1683
1684
1685
1686
1687
1688
1689
1689
1690
1691
1692
1693
1694
1695
1696
1697
1698
1699
1699
1700
1701
1702
1703
1704
1705
1706
1707
1708
1709
1709
1710
1711
1712
1713
1714
1715
1716
1717
1718
1719
1719
1720
1721
1722
1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1729
1730
1731
1732
1733
1734
1735
1736
1737
1738
1739
1739
1740
1741
1742
1743
1744
1745
1746
1747
1748
1749
1749
1750
1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1799
1800
1801
1802
1803
1804
1805
1806
1807
1808
1809
1809
1810
1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1899
1900
1901
1902
1903
1904
1905
1906
1907
1908
1909
1909
1910
1911
1912
1913
1914
1915
1916
1917
1918
1919
1919
1920
1921
1922
1923
1924
1925
1926
1927
1928
1929
1929
1930
1931
1932
1933
1934
1935
1936
1937
1938
1939
1939
1940
1941
1942
1943
1944
1945
1946
1947
1948
1949
1949
1950
1951
1952
1953
1954
1955
1956
1957
1958
1959
1959
1960
1961
1962
1963
1964
1965
1966
1967
1968
1969
1969
1970
1971
1972
1973
1974
1975
1976
1977
1978
1979
1979
1980
1981
1982
1983
1984
1985
1986
1987
1988
1989
1989
1990
1991
1992
1993
1994
1995
1996
1997
1998
1999
1999
2000
2001
2002
2003
2004
2005
2006
2007
2008
2009
2009
2010
2011
2012
2013
2014
2015
2016
2017
2018
2019
2019
2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2029
2030
2031
2032
2033
2034
2035
2036
2037
2038
2039
2039
2040
2041
2042
2043
2044
2045
2046
2047
2048
2049
2049
2050
2051
2052
2053
2054
2055
2056
2057
2058
2059
2059
2060
2061
2062
2063
2064
2065
2066
2067
2068
2069
2069
2070
2071
2072
2073
2074
2075
2076
2077
2078
2079
2079
2080
2

... ampe
miserere mei regi o
misi regi et libet
o regi et libet



